



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

J. L. M.

ID 104 / 602



**ADJUMENTUM
MEMORIAE
MANUALE
CHRONOLOGICO-GENEALOGICO-
HISTORICUM**

P. MAXIMILIANO HELL, S. J.

A N N O 1750.

C O N C I N N A T U M

N U N C

**AD ANNUM 1773. CONTINUATUM,
ET NOVIS AB EODEM AUCTORE CAPI-
TIBUS AUCTUM.**

*Cum Privilegio Sacrae Casareae, & Regiae
Majestatis.*

EDITIO QUINTA.

BIBLIOTHEQUE S. J.



VIENNAE,⁶⁰⁻ CHANTILLY

EX OFFICINA AGHELENIANA.

1774.





EXTRACTUS PRIVILEGI CÆSAREI.

Nos JOSEPHUS II. Dei gratia
Romanorum Imperator &c.
notum facimus omnibus, Nos no-
stro & S. R. I. fidelis Dilecto Ja-
cobo Antonio de Gbelen, super li-
bellum, cui titulus: Adjumentum
memoriæ manuale chronologico-
genealogico-historicum Privile-
gium nostrum Cæsareum ad decem
annos clementissime impertiisse: vi
cujus omnibus intra Sacri R. I.
fines rem librariam exercentibus sub
pœna quinque marcarum auri puri,
& confiscatione omnium exempla-
rium interdicimus, ne quis dictum

libellum intra ejusdem S. R. I. fi-
cas, absque dicti fidelis nostri dile-
cti Jacobi Antonii de Gbelen, aut
haeredum ejus consensu, imprimere,
venalem exponere, circumfere, aut
vendere præsumat. Datum Zamo-
scie 26. Augusti, 1773.



EX-

EXTRACTUS PRIVILEGII CÆSAREI REGII.

Nos MARIA THERESA &c.
notum facimus omnibus, Nos
fidi^l nostre Dilect^o Jacobo Anto-
nio de Gbelen, super libellum, cui^s
titulus : Adjumentum memorie
manuale chronologico-genealogi-
co-historicum Privilegium nostrum
cæsareo-Regium clementissime im-
pertuisse; vi cuius omnibus intra
fines regnum^{is} provincialium no-
strarum rem librariam exercenti-
bus sub pœna decem marcuarum au-
ri puri & confiscatione omnium
exemplarium interdicimus, ne quis

dictum libellum absque dicti fidelis
noſtri dilecti Jacobi Antonii de
Ghelen, aut bæredum ejus conſen-
ſu intra decennium imprimere, ven-
dere aut diſtrabere præſumat. Da-
tum Viennæ 21. Junii, 1773.

AD

AD
LECTOREM.



Adujmentum Memoria
ma nuale, quod tri-
bus, & viginti ab
hinc annis typis
van Ghelenianis Vindobonæ ex-
pressum, anno scilicet, 1750.
vulgaveram, id nunc multo au-
ctius, me & hujus, & prioris il-
lius *Auctorem* profitens, Tibi siste
Lector benevole. *Auctorem* me
dico, non *Autborem*, ne putas
primas illas paucissimas pagellas
annis abhinc fortassis quinquagin-
ta in usum privatum a quodam
Anonymo conscriptas, mihi tri-
buendas esse. Illum ergo si velis
Autborem, non repugnabo, et si
sciam, & primo illi nomen Au-

X 4 tbo

theoris tribui haud posse, quum Tabellæ illæ partim a Magno Pe-
nario S. J. in suo *Rationario tem-
porum*, partim ab ipso Brietio S. J.
in prima sua Editione *Annalium
Mundi*, anno 1663. facta, con-
einnatae jam inveniantur. Editio
vero altera auctior anni 1737,
quid cum mea auctiore anni 1750.
conmune habeat, in Praefatione
mea professus sum palam.

Prius autem illud opusculum
meum, gratum, acceptumque fui-
si Publico, complures variis in
Regnis factæ edocent Editiones;
exteras inter illæ, quæ in Bavaria,
Bohemiaque uno, eodemque An.
1760. vulgare habentur, & illa
quidem, quæ in Bohemia prodiit
falsum impressionis locum *Vieu-
nam*

nam *Austria* præferens, de opus-
 eulo illo meo, sequentem in Præ-
 fatione tulit sententiam: „ Pri-
 „ mus (ait) mox illius conspectus
 „ ita plurimorum animos rapuit,
 „ ut non modo rem litterariam
 „ ejus Authori (*Anonymo scilicet*
 „ *cet*) plurimum debere grati pre-
 „ fiterentur, sed etiam tanquam
 „ de thesauro ditissimo, in quo
 „ collecta simul invenirentur;
 „ quæ in multis aliis Scriptori-
 „ bus non sine magno temporis
 „ impendio, conquirenda essent,
 „ sibi gratularentur, & calentif-
 „ simis votis eundem expeterent
 „ &c. Quod Elogium, et si mul-
 tum superius merito libelli esse ag-
 noscam, testimonio tamen est lucu-
 lento, laborem illum meum Eradi-
 tis probatum fuisse.) 5 Ea-

Eadem opinor e causa utilitatis publicæ, eandem illum libetum amī 1750. Typographus Vindobonensis D. Kurtzböck, me, cuius hunc esse laborem ignorabat, non consilio, ruper primum repressum cum publico communem fecit, minus tamen recte, ut existimō, quādjam anno abhinc uno petenti illustri van Ghelen, cuius impensis prior ille meus anni 1750 prodierat, Exemplar hocce novum, copiosis a me capitibus auctum, typis exscribendum tradiideram. Causam dilatae usque nunc Editionis van Ghelenianæ, & deproperatæ illius Kurtzböckianæ nosse, nec mea, nec Publico interessere arbitror; illud vero Lectorem benevolum latere nolim, Editiones has.

has inter binas discrimen non le-
ve intercedere.

Editio Kurtzböckiana nihil est
auctior illa anni 1750, imo pror-
fus eadem, præter serierum conti-
nuationem, et hanc non comple-
tam ad An. 1772. factam, cum
van Ghelenianæ huic sequentia a
me addita habeantur capita: I. Pri-
ma chronologiæ Elementa. II. E-
pochæ præcipuae chronologiæ tam
sacræ, quam profanæ. III. Epo-
charum harum in se invicem per-
mutationes, & investigationes. IV.
Synopsis opinionum de An. natali
Christi. V. Series sedium Patriar-
charum, Archi-Episcoporum, &
Episcoporum per orbem Univer-
sum. VI. Coloniæ Romanæ in Italia
& extra Italiam sitæ. VII. Propaga-

(0)

et fidei Christianæ per orbem ter-
rarum serié chronologica. VIII.
Institutio Rituum Ecclesiastico-
rum ordine item chronologico.
IX. Genealogia chronologica Pri-
morum Ungariæ Ducum ab *Atmo-*
ad S. Stephanum. X. Inserta series
chronologica Regum Ungariæ a S.
Stephano ad Ludovicum I. mag-
num , quæ in prioris illa Edicio-
ne desiderabatur. XI. Comitia Im-
perii celebriora. Denique singu-
la Editionis prioris capita ad an.
1773. serie continua completa.
Coloniarum Romanarum locis,
hodie sub novis extantibus No-
minibus , hodiernum cuivis loco
nomen additum , haud dubie sua
non caruisse utilitate , quia ta-
men de nonnullis licet inter Geo-

gra-

graphos, & Historicos intercedere novi, Lectoris cujasvis sententiae liberum relinqueret malum hoc Additamentum, quam tricis, fortassis inutilibus, exponere libetum. Causa quoque cavendarum situm. *Initia Academiarum celebrium per Europam florentium*, quorum Elenchum jam conscriptum habeam, prætermittenda censui.

Series sedium Patriarcharum, Archi-Episcoporum, & Episcoporum ea est, quam *Cel. Baudrandius* suo in opere geographicō exhibuit ad Annum 1682, harum tamē vicissitudines quasdam emendatas dedi, cæteras autem mili iugnotas, si quæ ab An. 1682. ad nostra usque tempora acciderunt, ex studiis Lectori supplendas linquo,

Fon.

Fontes, e quibus hæc omnia
hausta sunt, purissimos puta: Pe-
tavium, Brietum, Annatum So-
cietatis JESU triumviro, Bau-
drandum item, ceterosque notæ
optimæ Chronologos, Geogra-
phos, Historicos, quorum Au-
thoritas Astronomos quoque late-
re omnino non potest; Histori-
cum namque non chronologum,
non geographum, Virum esse,
utroque carentem oculo natum,
de coloribus differentem, nemo
Eruditorum dubitat; Chronolo-
gum autem & Geographum non
Astronomum, tam pugnat, quam
esse Pictorem egregium arte de-
lineandi prorsus desitutum. Ma-
gnum Petavium e S. J. Chrono-
logorum novimus Principem, sed
eu-

eundem una novissimus Astronomus; immortale ejus de *Doctrina Temporum* evolve opus chronologicum, evolve Tomum I. in primis librum VIII. Evolve Tomi III. Dissertationum ad Urano-logion libros octo, ceteraque *Auctarii* ejus capita, & nisi Principiis imbutus sis Astronomicis, tantum intelliges, quantum geometriæ rudis, magni Newtoni opera.

Quam ergo Chronologia, & Geographia sine Astronomia confitentur nequeant; Historia autem sine Chronologia, & Geographia Matrona sit cæca, omni fere momento halucinans, necesse est fateamur; Historiam tantum debere Astronomiæ, quantum debet Chronologiz, & Geographiz,
quan-

quantumque utraque Astronomiae
Proprium itaque esse Astronomia
solide tractare Chronologico-Hi-
storica. Id eo dictum velim, ut
intelligas, opusculum hocce me-
um *Chronologico-Historicum*, ia-
meo, quod profiteor officio, non
esse alienum.

Utore igitur Lector benevole,
hoc qualicunque meo ad Majo-
rem DEI Gloriam, bonumque
Juventutis olim concinnato, nunc
vero auctiore libello, & labore
hunc meum Scientiis, bonisque
Litteris augendis, promovendis.
que non iutilem arbitrare.

*Dabam ex Observatorio Cesari-
aco Regio Universitatis Vindobo-
nensis pridie Kalendas Julij, 1773.*

PRI.



PRIMA CHRONOLOGIAE ELEMENTA.

Chronologia est rerum præteritorum ex diversis indiciis, & notis ad sua Tempora, & Temporum partes accommodatio, pùta: Annos, Menses, Dies &c.

II.

Annus duplex est, *Solaris* & *Lunaris*; Annus solaris item duplex est, *Tropicus*, seu *Astropomicus*, & *Civilis*, seu Julianus.

III.

Annus solaris *Tropicus*, seu *Astronomicus* à peritis Astronomis ex velocissimo, & tardissimo temperatus seu *Medium*

A

dius

2

dies repertus est confinere dies 365, horas 5, minuta 48, secunda 43, qui est redditus Solis ad idem punctum Ecliptice, unde digressus erat.

IV. 17

Annus civilis, seu Julianus, est, quod Romani usi sunt a tempore Iuli Caesaris Dictatoris, & quo, iam videntur Europati; is continet Dies 365 cum horis 6, quae sex hora quadriennio collectae 24 horas, seu diem unum efficiunt, qui, quandoque anno interfertur, post 24 tam Februarium, quae dicitur Februario, apud Romanos dicebatur sicutus Kal. Martias, & quia illo primituori anno, dicebatur tam dies 24 quam 25 Febr. sextis Kal. Martias, hoc est, bis sextis Kal. Martias, inde factum, ut is annis Bissextilis nominaretur.

Annus Tropicus, seu Astronomicus medius (de quo Nro; III.) est Julianus (N. IV.) minor minatis 51, secundis 17. Horae autem, in minuta 60 dividuntur, quae vocantur primaria singula-

minuta prima dividantur in 60, quæ secunda appellantur, & ita deinceps. Quare cum excessus 11 minutorum, 17 secundorum Anni Juliani supra tropicum annum intra annos 133 excrescat in diem 1., horam 1., minuta 0, secunda 41 sit, ut Aequinoctium Julianum post annos Julianos 133, una die citius tropico eveniat; Inde contigit, ut Aequinoctium Vernum, quod tempore Nicæna Synodi Anno 325 sub Constantino Magno assignatum fuerat in nocte intra 20 & 21 Martii, tempore Gregorii XIII. Pontificis Anno 1582, hoc est, per annos 1257 observaretur media nocte inter 10, & 11 Martii, nam intra annos 1257 excessus est dies 9, hora 20, minuta 23. Quare hoc anno 1582, qui *correctionis* appellatur, decrevit Summus Pontifex, ut 10 dies expungerentur Mense Octobri post diem 4 tam, & dies 5ta Octobris diceretur 15ta. Id optime Catholici omnes observarunt, reprobaverunt Heterodoxi, sed zelo reputandi potius, quam veritatis, quoniam

bodie tota Europa, dempta Russis, Calendariam hocce Gregorianum jam adoptaverit. Ut autem simili deinceps malo providetur, cautum erudite, atque sapienter, ut post annum 1600, intra quatuor annorum centurias ter bissextillis omittantur, anni scilicet 1700, 1800, & 1900 non essent bissextilles; sed Annus 2000 Bissexturn numeraret; Qua de re fasē P. Clavius S. J. in sua opere de Calendario Gregorianō.

VI.

Mensis Lunaris est spatiū, seu interīallūm, quod Lunæ circuitū describitur, estque duplex, Mensis Lunaris *Periodicus*; & *Synodicus*. Periodicus est intervallūm, quo Luna suam decūntiē orbem diebus 27, horis 7, minutis 43; secundis 5. Mensis *Synodicus* est spatiū temporis, quo Luna a Sole digressa eandem sequitur, hoc est, a novilunio ad novilunium, ideoque etiam vocatur *Zigzagia*. Nam tempore, quo Luna suam orbem conficit, Sol interea motu suo proprio progrederetur in Eclipticā per

gradus fere 27, quos item Luna debet emetiri, ut cum Sole jungatur. Quare Mensis Lunaris *Synodicus* constat diebus 29, horis 12, minutis 44, secundis 3. Hic autem Mensis *Synodicus* replicatus duodecies, facit annum Lunarem dierum 354, horarum 8, minutorum 48, secundorum 38; & dicter annus Lunaris *Astronomicus*.

VII.

Duplex ergo est Annum Lunaris, scilicet *Astronomicus*, & *Civilis*; Lunaris autem ille *Civilis* annus est, qui constat ex duodecim mensibus alternis 30, & 29 dies præcise habentibus, nulla habitatione superflorum minutorum, & secundorum, eoque utuntur Arabes, & Saraceni, quatenus cum motu solari anno non comparatur, nos autem hunc a solari non disjungimus; Quare motus Lunaris synodici, cum solari motu comparatio *Cylcus*, seu Periodus Lunaris vocatur.

Cycles hic Lunaris est numerus annorum Julianorum, quo explete Sol, & Luna in eodem fere puncto Eclipticæ simul conveniunt; is autem numerus est annorum 19, at Methone primam reperitus. Colligitar hic decem novenalis numerus hoc modo: Annus Julianus diuinum 365, horarum 6, si multiplicetur per 19, efficit dies 6939, horas 18. Anni vero Lunares Synodici Astronomici 19, (N. VI.) efficiunt tantum dies 6732, horas 23, minuta 24, secunda 2, quæ faciunt Menses Lunares Synodicos, (N. VI.) tantum 228 cum secundis 38, defont ergo ad 19 annos solares menses 7 ejusdem rationis, (hoc est synodici astronomici,) qui 7 menses ad 228 menses addi debent, & propterea vocantur intercalares. At ex illis 7 membris resulant dies 206, horas 17, minuta 8, secunda 21, qui additi ad Menses 228, seu ad dies 6732, horas 23, minuta 24, secunda 2, efficiunt dies 6939, horas 16, minuta 32, secunda

23.

Unde Cyclus decennovennalis annorum Julianorum major est hora 1, minus 27, secundis 37, præter propter; quam differentiam cum non advertissent Calendariorum Concinnatores, frugnati induxere in Novilunia, & Plenilunia perturbationem, adeo, ut tempore Gregorii XLI. Pontificis, Anno 1582. correctionis antecessus Lunaris comprehensus sit quartiduo sed et a Constitutione celi, tempore Concilii Niceni habita, alteraret. Otm Anno natissi Christi ex Cyclo Lunæ competit 1, pro Atino datus Christi quodvis facile reperies Cyclo Lunæ, scilicet ad Annos datam Christi adducit, summatim divide per 19, & residuum ex divisione numeris erit Cyclo Lunæ; si nihil remanset ex divisione, ipse numerus 19 erit Cyclo ejus Atini. Hic Cyclus appellatur etiam in Calendariis numerus aureus. Post Annū 1582. correctionis Gregorianæ nullum usum habet; sed ejus loco adhibentur Epactæ, quæ cum nunc dicto Cyculo, seu numeris aureo confundi non debent, sunt enim diversa.

Cylus Solaris est spatium 28 annorum Julianorum, quibus evolutis litteræ Dominicales ad suum initium redeunt; feret esse enim omnes secundum litteras A, B, C, D, E, F, G, sed ordine retrogrado evolvantur, expressæ hoc technico versa: *Gaudet Françus Equo, Dacus Cane, Barbarus Arcu.* Si nullus annus bissextilis esset, singulæ hæc 7 litteræ intra 7 annos Dominicales fierent; at ob Bissextilam, quo dux litteræ uno anno notantur, non nisi intra 28 annos singulæ Dominicales fieri possunt, quia septies quartus effigient 28 annos, in quibus septem habentur anni Bissextilis. Quando hic Cylus cœperit? aut in usum venierat? & quisnam ejus inventor? ignotum est. Scaliger opinatur, inventum post Nicenam Synodum Anno 327, dubitat Petavius. Ejus usus in Periodo Julianæ opportunus est, de quo Petavius in Doctrina Temporum. Quia Anno natali Christi ex Cyclo Solis habetur annus 9, pro quovis Anno post Christum.

na-

patum dato Cycloam Solis reperies, si ad annos Christi datos addas, & summae dividias per 28, Residuum ex divisione, dabit annos Cyclo dato anno respondentem & si ex divisione nihil remaneat ipsi numerus 28 erit annus Cyclo eius Anni. Ad reperiendam autem ipsam litteram Dominiealem cuivis Anno Christi respondentem, videti debet Petavius in Doctrina Temporum aut alii, qui post correctionem Calendarii Gregoriani scripsere.

X.

Cyclus Indictionis, est spatium 35 annorum Julianorum, quod ubi doceossum est, creditur ad primam. Quis hujus circuli figura Author? aut quando nata cœperit? his inter Chronologos est. Initium Indictionum Constantini erunt, quæ plus celebritatis habent, sumitur ab Anno Christi 312, ut Petavius bene probat. Indictionum usus frequentissimus est. Indictiones Constantini apud Romanos incipiunt a Kal. Septembribus, Gaspare ab 8 Kal. Octobris, Pontificie a sequentibus

A 5

Kal.

Kal. Januarii. Annus Indictionis currens tripliciter superietur modo. Quia annus natalis Christi Indictionem habet 3, nisi ad annum datus Christi addas 3, & summatim dividas per 15, residuum erit Indictio, si nulsum superficie residuum erit ipse numerus 15 Indictio. II. Si ab anno Christi dato subtrahas 12 & residuum dividas per 15, numerus (neglecto quoto) ex divisione residuo dabit Indictionem currens. III. Si loco anni Christi habeas annum Mundi vulgarēm respondentem dato anno Christi, hunc divide per 15, & residuum dabit Indictionem. Trium autē dictorum Cyclorum tempore Lunae, Solis, & Indictionis usus est maximas in Periodo Juliano.

X.

Periodus Julianus est intervallum excolgitatum: ex triplici contextu trium Cyclorum, Solaris, Lunaris, & Indictionis, consistens annis 7980. Nam 29 (Cylcus Lunaris) multiplicati per 28 (Cylcus Solarem) efficiunt annos 532 qui iterum multiplicati per 15 (Cylcus Indictionis)

A

eff.

efficiunt annos 7980, qui Periodus Julianus audiuntur. Per hanc multiplicacionem tripla horum Cyclorum invicem, si commodi consequitur, ut ex tota Periodo unus tantum habeatur annus, in quo Cyclus Solis sit I, Lunæ I, Indictionis I. In reliquo semper sunt diversi, ita ut notis aliquibus anni Cyclis tribus, Solis, Lunæ, & Indictionis, inde assignari possit annus Periodi Julianæ, eum tantum hi dare Cycli competenter, habito autem anno Periodi Julianæ assignati posset annus Mundi, Christi, aut quivis alius. Dicitur autem Periodus hæc Julianus, quia ad Methodum anni Juliani accommodatus est, & his annis aptanda, qui Johes Cæsaris correctionem præcesserunt, ad evitandas diversas annorum rationes, & inveniendas Cœlestes observationes. Usus Periodi Julianæ triplicis est, I. ad inveniendam annalium, & chronicorum errata, aut contradictiones chronologicas detegendas. II. Quia anni a Condito Munde non iidem ab omnibus chronologis sappitantur, proinde diversi

diversos usurpent, ope hujus Periodi Julianæ indigatur, in quemnam annum Periodi Julianæ cujusvis chronologii cedat primus creationis Mundi annus. Sic Brietio, qui vulgarem sequitur annorum Mundi computum, primus creationis Mundi annus cedit in anno Periodi Julianæ 661., præceduntque anni 660 annum primum Mundi vulgarem. Petavio primus creationis Mundi annus est annus Periodi Julianæ 731., præceduntque anni 730 creationem Mundi, & ita de aliis. III. Quia Stabilitas in Periodo Julianæ certis quibusdam Epochis, reliqua Chronologiae momenta facile evolvitur. E. G. si scias anno natali Christi Vulgari, competere ex Periodo Julianæ annos 4713, intelliges illico, Brietio esse hunc annum Mundi 4053, quia subtractis ex 4713, annis 660, remanent 4053. Petavio autem anno natali Christi, vulgariter respondere annum Mundi 3983, quia subtractis ex 4713, annis 739, remanent 3983, & sic de aliis.

XII.

Quia Periodus Julianus consistet, est ex tribus Cyclis, Solis, Lunæ, & Indictione. in se invicem ductis, ut ante dictum est, consequitur, quod, datis his tribus Cyclis eidem ignoto anno, competenterbus, inveniri possit annus Periodi Julianæ, cui hi Cycli convenienter, quo respectu, sciri possunt anni Mundii, vel Christi, vel alii quivis, Methodus autem reperiendi annum Periodi Julianæ cui dati Cycli competit hæc est? I. Cyclum Solis datum multiplicat per 57, productum hoc reserva. II. Cyclum Lunæ datum aufer ex 19 residuum multiplicat per 56, (si Cyclo Lunæ sit 19, multiplicatio per 56 remittitur, & solam producitum primum per 532 dividitur) productum hoc adde ad prius productum Solis. III. Collectam ex utroque summantur dividere per 32, divisione facta, residuum servatur, & idem residuum dividere per 15. Praesta divisione de residuo, substrahe Annū dictiones datam (si residuum minus sit Annū dictione data, hanc per 15 augabis, ut

subtrahere possis) quod reliquum est, multipli per 1064, & ad productum adde residuum ex divisione per 532 superius facta, & habes quæsumus Periodi Julianæ annum, euf dati Cyclus convniunt. Exemplum sit annus, qui Cyclus habet Solis 9. Lunæ I. Indictionis 3. Primo, multiplico 9 per 57, dant 513, quæ reservo. II. Cyclum Lunæ I aufero & 49, residuum 18 multiplico per 56 fiunt 1008. II. Addo hæc duo producta 1008 & 513, fit summa 1521, hanc divido per 532 restant 457, quod servo, & idem 457 divido per 15, restant 7, de quo subtracto indictionem datam 3, restant 4, per hæc 4 multiplico numerum 1064, fiunt 4256, quibus addo 457, (quæ reservaveram ex divisione facta per 532) fiunt 4713 anni Periodi Julianæ, qui etiam conveniant anno natali Christi, intelligo, Cyclus Solis 9 p[er] Lunæ I, & Indictionis 3, solum annos natali Christi competere posse. Ita anno, quo hæc scribimus, competit Cyclus Solaris 18,

Lu.

Lunae 7, Indictionis 6, ex quibus repeti-
 ties abnam Periodi Julianæ 6486, &
 quibus si subtrahas annos Periodi Julianæ
 4713 respondentes anno natali Christi,
 intelliges hunc annum esse post Christum
 natum 1773, cui dati superius tres Cy-
 cli, competunt. Nota I. Exemplum,
 in quo Cyclus Lunæ est 19, habes in an-
 no Christi 1766, cujus Cycli sunt So-
 lis 11, Lunæ 19, Indictionis 14. Qua-
 re, 1. multiplico 11 per 57, & habeo
 factum 627, hoc factum (omissis Cyclo-
 Lunæ 19) illico divido per 532, res-
 duum 95 reservo, & idem divido per
 15, ex qua divisione restat 5, a quo
 cum Indictionem 14 subtrahere nequeam,
 addo 15, ut fiat 20, & quo subtrahio
 14 restant 6, per hæc 6 multiplico
 3064, obtineo 6384 eis addo residuum
 95 reservatum ex divisione per 532, &
 habeo annum Periodi Julianæ 6479,
 respondentem anno Christi 1766, num
 6479 subtractis 4713, restant 1766
 anni post Christum natum. Nota II. Cy-
 clus Lunæ, de quo in Perioda Julianæ
 agi.

agitus, confunditur non debet cum Epacta Lunari in Calendario Gregoriano poni satis; haec enim diversa sunt.

XIII.

Anni veteres, celebriores notantur,
I. Romanus. II. Atheniensis. III. Ægyptius. IV. Arabicus. V. Judaicus. De Rōmano haec tamen dictum est, de ceteris sequentia novissime juverit.

XIV.

Annus Atheniensis, spectabat ad Luna versus, sed hinc ad Solis motum accommodabatur per Methodum Methonis Cycli 19. annorum, postea Methodo Cappi. Cycli annorum 376, qui est 19 multipli ciatum per 4 de utique Methodo. Et de Petavium in Doctr. Temp. Atheniensis porto annus, & Graecus iachobatur a Solsticio australi, primusque ejus Mensis dicebatur Hecatombeon, cuius bimeti Noemena, sive Norilanieta, nonnunquam praecessit, nonnunquam secuta est Solstitium, id quod acutissime docet Petavius.

XV.

XV.

Annus *Ægyptius* constabat semper 365 diebus: unde quarto quoque anno primus anni dies, quem vocabant *Thotis*, uno die preueniebat Julianum, siue intra 1460 annos Julianos, prima dies anni *Ægyptii* per omnes anni dies decurrerat ita ut intra 1460 annos Julianos effluxerint anni *Ægyptii*, 1461. Hoc autem anno nisi sunt *Ægyptii* usque ad devictam Cleopatram; hoc est, post Victoriam Augusti de Antonio ad *Actium* Promontorium relatum, & captam Alexandriam mortuis Antonio, & Cleopatra, quando anni illi mobiles mere Julianorum fixi, atque ob Victoriam Augusti ad Actium, *Actides* appellati sunt, quorum initium eadit in annum Urbis 724. Julianum 16tum seu ante natum Christum 30mum Mundi vulgaris 4024, Periodi Juliani 4684, Nabonassaris 718mum. Quomodo autem is annus *Ægyptius* mobilis revocari possit ad Julianum, docebit te accurate Petavius in suo Rationario Temporum & reliqua scitu digna in Doctrina Temporum.

XVI.

XVI.

Annus Arabicus, quo Saraceni utun-
tar, totus est. Luna sine respectu ad
annum Solarem, itaque nullas intercal-
tiones adhibet. Solares, constatque 354
diebus, 18 horis, 48 minutis, ob quae
residuas horas, 18 minuta Arabes consti-
tuunt aliquot annos, quos inserunt opere
eum habentes dies 355. Quae primus
coruus Mensis *Muharram*, nullam habet
certam in anno Juliano, sedem, modo in
Byzantem, modo in restarem reddit. Cet-
tera vide apud Petarium lib. 2. Et prode
Doctrina Temporum.

In quatuor annis Alii, etiam si non illi
in aliis, sicut in XVII. libro III. de
tempore. Alii in XVIII. libro XI. do-
cuntur. Annus *Iudaeus* in praesertim usitata
anovinalis iam ab eo tempore, quo trans-
fierunt Hebrei in Seleucidarum editionem.
De Tempore Moysis nihil certi liquet,
nisi quod duplicem annum habuerit,
anum civilem, qui a Mense *Tiri* Luna-
ri Autumnali inchoatur, alium Ecclesi-
sticum a Mense *Nisan* & Aequinoctio Ver-
no. Reliqua intelliges plene ex Petario
de

de Doctr. Temp. uti etiam de quibusdam minus celebreribas annis.


XVIII.

Genera Principiorum in arte Chronologica tria sunt: I. *Auctoritatem fides*, quæ aliquando tam certa est, ut (quædammodum ait Briesius) Stolidus esset; qui de ea dubitareret, non ratione, sed verberibus edocendus: ut Xetxem venisse in Græciam, Julium Dictatorem cæsum in Senatu, de quibus nemo unquam dubitavit; quæ fidēs est primior, quo pluribus, & intellectoribus testimoniis innitur, & qui infallere nec voluerint, nec poterint. De Scriptoribus autem profanis tenendum est illud: Principiūm Augustini lib. 18 de Civit. Dei C. 40. *Nos in nostra Religionis Historia facti Auctoritate divina, quidquid ei resistit, non dubitamus esse falsissimum, quomodo libet se se habeant certa in secularibus litteris.* II. *Eclipses Solis, Lunæque, cæterique congressus Planetarum sive inter se, sive cum fixis stellis, ortus, occasusque Syderum a Scriptoribus consignati.* Hæc plurimum valent ad

ad consignandos temporum characteres, quos magno studio iudicavit, & adnotavit Petavius. Quare Chronologia sine Astronomia frustranea est. III. Denique Epochæ; sunt autem Epochæ temporum aliqua certa ab omnibus, aut plerisque chronologis admissæ; & quæ in controversiam venire nix solent, aut certo, que semel statuta, reliqua ad se trahunt.

XIX.

Sunt autem Epochæ, vel ante, vel post Christum natum. Ante Christum natum sunt vel Sacrae, nempe ex Sacris Bibliis depromptæ; vel Profanae, tæque vel Graecæ vel Romane. En harum celebriorum Synopsm excerptam, & correctam ex Brietii Annalibus Mundi, ex quibus singularum Epocharum Historiam disceperis.



EPO-

EPOCHÆ SACRÆ.

		Ann.	Mundi	Per ful.
I	Diluvium Noemi.	1656	2316	
II	Confusio Linguarum.	1878	2538	
III	Abrahami Natales.	2039	2699	
IV	Israëlis ingressus in Ægyptum	2329	2989	
V	Israëlis exitus ex Ægypto, seu <i>Exodus</i>	2544	3204	
VI	Templi fundamenta	3023	3683	
VII	Captivitas Judaica	3446	4106	
VIII	Solutio Captivitatis; l. Imperium Persicum	3516	4176	
IX	7æ hebdom. Danielis: initum	3601	4261	
X	Prophanatio templi ab Apollonio	3886	4546	

EPOCHÆ GRÆCÆ.

		Ann.	Mundi
I	Ogygis diluvium	2293	
II	Deucalionis diluvium	2540	
III	Idæ montis deflagratio	2613	
IV	Raptus Ganymedis	2678	
V	Persei Expeditio	2693	
VI	Ilium Conditum	2727	
VII	Argonautarum Expe- ditio;	2791	
VIII	Trojæ excidium	2870	
IX	Heraclidarum redditus	2951	
X	Jonica migratio	3010	
XI	Lycurgi tutela seu Epitropia	3170	

OLYMP.

			Annæ
XII	OLYMP. seu anni Iphiti	3278	OLYMP.
XIII	Æra Nabonassaris	3307	8 ^{va} 2
XIV	Initium Cyci seu Imp. Persarum	3516	60 3
XV.	Xerxis sua e Græcia: post pugnam ad	3575	75 3
XVI.	Mycalem	3623	87 3
XVII.	Bellum Peloponnesia- cum	3650	94 1
XVIII.	Captæ Athenæ a Ly- sandro	3683	102 3
XIX.	Pugna Leuctrica	3716	110 3
XX.	Pugna ad Cheroneam	3718	111 1
XXI.	Mors Philippi	3724	112 3
XXII.	Periodus Calippica	3730	114 X
XXIII.	Mors Alexandri Magni	3742	117 1
XXIV.	Æra Seleucidarum, seu Imperii Græcorum	4006	183 1
	Æra Antiochena		

EPOCHÆ ROMANÆ

		Apai Mundi	Vrbis conditæ
I	URBIS CONDITÆ primus annus	3301	1
II	Regifugium	3545	245
III	Roma capta a Gallis	3664	364
IV	Bellum Samniticum	3711	411
V	Bellum Pyrrhi	3774	474
VI	Bellum I. Punicum	3790	490
VII	Bellum II. Punicum	3836	536
VIII	Bellum III. Punicum	3905	605
IX	Bellum Jūgurthinum	3943	643

Bel-

		Anni	Vrbis an.
		Mundi condic.	
X.	Bellum Mitridati- cum	3960	660
XI.	Annis Julianus coepitus	4009	709
XII.	Era Hispanica	4016	716
XIII.	Aetiacæ victoria	4023	723
XIV.	Anni Augustorum	4027	787

EPOCHÆ CHRISTIANÆ.

		Anni	
		Mundi	
I.	NATALIS CHRISTI	1	4058
II.	Fassio Christi	33	4086
III.	Exciditum Hierosolyma	33	4117
IV.	Immacula Tito	79	4143
V.	Era Martyrum seu Diocletiana	284	4337
VI.	Constantinopolis dedi- catio	319	4498
VII.	Obitus S. Martini	401	4454
VIII.	Roma capta a Barbaris	410	4463
IX.	Initium regni Francie	420	4473
X.	Egira Arabum	622	4675
XI.	Era Jezdizerdis	632	4685
XII.	Imperium Occidentale a Carolo Magno	801	4814
XIII.	Bellum Sacrum I. Ge- defridi Bullionii	1096	5149
XIV.	Constantinopolis capta a Francis	1204	5257
XV.	Primum Jubileum a Bonifacio VIII.	1300	5353
XVI.	Constantinopol. Turcica	1453	5506
XVII.	Synodus Tridentina incboata.	1545	5598
XVIII.	Anni Francici initium a Kali Januarii.	1643	5687

*Anni Reipubl.
Franciae ini-
tiorum.*

Anni qui potissimum in Chronologis praecoruntur & quos uero ex se invicem inter se inveniri queunt?

1 Anni Periodi Julianæ præcedunt annis 660 ante vulgare mundi initium.

2 Anni mundi antè Christum 4053.

3 Olympiades 23bus annis ante urbem conditam incepérunt.

4 Anni urbis conditæ cum anno mundi 3300 comparantur, & cum Olymp. an. 23.

5 Anni Nabonassaris cum 7mo urbis conditæ & cum Olympiadis octavæ anno 2 concorrunt.

6 Anni Juliani annis 45 Christi æram præcurrunt.

7 Annus ius Christi in annum mundi 4054 urb cond. 754 Nabonassaris 748 Jul. 46 Periodi Julianæ an. 4714 cadit.

Itaque anni mundi & periodi Julianæ inveniri possunt ex se invicem additis aut detractis annis 660.

Anni urbi conditæ & mundi item ex se juvicem agnosci possunt additis aut detractis 3300.

Anni Olympiadum & urbis conditæ deductis aut additis annis 23.

Anni Nabonassaris & Olympiadum
gnoſcuntur ex ſe invicem additis aut ſub-
tractis annis 30, & cum annis *orbis cond.*
componuntur addititia ab ſubtrahendis annis 6
solidis, & annos Christi p̄cedunt annis 747.

Anni Christi a Juliamis ſuperantur an-
nis 45, hos ſi addideris vel demptis
alterutros annos habebis.

Anni ab orbe cognito & a Christo nato ad-
ditis aut detractis annis 4053, quibus inter
ſe diſjungi certum eſt, intelliguntur. Eo-
dēm modō omnes Epochæ inter ſe compa-
ratæ ex ſe invicem poſſunt indagari.

Anni orbis conditi Chronologiæ Theo-
phanis ſeu Græcorum, Alexandrinorum, &
Ruforum ſuperant annos mundi *Dyanis-*
nos ſeu vulgares & in Ecclesia uſitatos ap-
nis 1455, & annum Christi nati p̄ce-
dunt anni mundi *Theophanis* 5508, vulga-
res autem 4053. Quibus notis, datus an-
nus mundi *Theophanis* facile in annūm
mundi *Dyanisianum* ſeti vulgarem, itemque
in annos ante & post Christum natum, &
vicissim converuntur E. G. ſit datus annus
mundi *Theophanis* 6457, ab hoc ſi subtra-

B has

his 1455 habebis annum mundi vulgare 5002 & porro si ab 5002 subtrahas 4553 habebis annum Christi respondenter 949, vel, si ab anno mundi Theophanis 6457, subtrahas 5508 habebis pariter annum Christi currentem 949. His Theophanis annis uitur Constant. Porphyry. in libro de administrando Imperio.

Septem Ætates Mundi.

Prima decurrit ab origine mundi ad diluvium Noemi annis 1656.

Secunda ducitur ab diluvio Noemico & in Abrahami nativitate quiescit post 383.

Tertia ab Abrahami ortu ad exodum & Mosaicam legem protenditur 505.

Quarta ab exodo ad fundamenta templi Salomonici progreditur annis 479.

Quinta a fundato templo ad Cyri imperium extenditur per annos 493.

Sexta a Cyro ad Christi natales numerat annos 538.

Septima est adhuc incursa a Christo nata, nec terminabitur nisi ultimis comitiis generalibus mundi, &c.

Octava ætate, quæ erit sempiterna.

Sy.

Ad Pag. 26.

Syntali Christi.

Anni Mundi vulg.	Anni Jul.	Olym- piad.	Per Julian.
4047		193 2	4707
4048		193 3	4708

Spiritu sancto,.....
eius silentio negantem confidentes par-
tem, audire malumus. Ita Brietiss.

encina de la omnia?

littera	consonantia	invenit liberale vocem
z	zeta	zeta
g	gamma	gamma
b	beta	beta
v	upsilon	upsilon
d	delta	delta
f	phi	phi
c	chi	chi
e	epsilon	epsilon
o	omega	omega
i	alpha	alpha
a	omicron	omicron

Octava etate, quæ erit semipeterna.

Sy.

TABULA. XXIII^{um.}

PRIMORUM

P A T R I A R C H A R U M :

Secundum Chronologiam Brietii S. F.

		Annos	Mundi
		Natus	Mortuus
		a.	c.
A	dam	930	
	Seth	130	1042
Enos	235	1140	
Cainan Senior	325	1235	
Malaleel	395	1290	
Jared	460	1422	
Enoch	9622		
Mathusalem	687	1656	
Lamech	874	1651	
Noë	1056	2006	
Sem	1558	2158	
Arphaxad	1658	1996	
Cainan Junior (*) . . .	1693		
B 2			Sale

(*) De hoc magnæ inter Chronologos lites ; dum qui prostat apud Lucam, & septuaginta Interpretes, ex Hebræis codicibus, & vulgata expungitur. Sed nos ajentem spiritum Sanctum, quam homines, ex ejus silentio negantem corribentes partem, audire malimus. Ita Brietius.

	Anno	Mundi Natus Mortuus et.
XIX		
Sale	1723	2156
Heber	1753	2217
Phaleg	1787	2026
Rehan, vel Ragau	1818	2056
Saryg	1850	2080
Nachor	1880	2027
Thare	1909	2113
Abraham	2039	2213
Iaac	2139	2318
Jacob	2199	2345
xvi. I. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.		

P A P E.

Secundum Brietium. (*)

Anno
atra Vul-
garis.

S. Petrus Galileus		
S. Eleazar Clero & Populo.		
S. Linus Thyscius	67	
S. Cleetus Romanus	78	
S. Clemens Romanus	91	
S. Anacletus Atheniensis	101	
S. Evaristus Græcus	110	
S. Cornelius Roma	125	

(*). Franc. Pagius diversam passim continxuit se-
cundaem.

S. Alexander I. Romantius	119
S. Sixtus I. Romanus	130
S. Telesphorus Romanus	140
S. Hyginus Atheniensis	152
S. Pius I. Aquileiensis	158
S. Anicetus Syrus	163
S. Soter Fundanus	173
S. Eleutherius Graecus	177
S. Victor I. Afer	192
S. Zephyrinus Romanus	203
S. Calixtus I. Romanus	219
S. Urbanus I. Romanus	224
S. Pontianus Romanus	231
S. Anterus Graecus	235
S. Fabianus Romanus	236
S. Cornelius Romanus	251
S. Lucius I. Romanus	253
S. Stephanus I. Romanus	255
S. Sixtus II. Graecus	257
S. Dionysius Graecus	258
S. Felix I. Romanus	270
S. Eutychianus Thuscus	275
S. Caius Dalmata	283

30

PLATEÆ.

		Anno a. Vul- garis.
S. Marcellinus Romanus	J. v. P. C.	296
S. Marcellus I. Romanus	304
S. Eusebius Græcus	309
S. Melchiades Afer	311
S. Sylvester I. Romanus	314
S. Marcus Romanus	336
S. Julius I. Romanus	336
S. Liberius Romanus	352
S. Felix II. Romanus	353
S. Damasus Hispanus	369
S. Siricius Romanus	385
S. Anastasius I. Romanus	398
S. Innocentius I. Albanus	402
S. Zosimus Græcus	417
S. Bonifacius I. Romanus	418
S. Cælestinus I. Romanus	423
S. Sixtus III. Romanus	432
S. Leo I. Magnus Thracus	440
S. Hilarius Sardus	461
S. Simplicius Tiburtinus	467
Positi a Regibus Usurpatoribus.		
S. Felix III. Romanus	483
S. Gelasius I. Afer	492

3

E

S.

Annales
Ærz vel
parisi.

S. Anastasius II. Romanus	496
S. Symachus Sardus	498
S. Hermisda Campanus Ital.	514
S. Joannes I. Thuscus	523
S. Felix IV. Beneventanus	526
S. Bonifacius II. Romanus	530
S. Joannes II. Romanus	532
S. Agapetus I. Romantis	535
S. Sylvérius Campanus	536
Vigilius Romanus	540
Pelagius I. Romanus	555
Joannes III. Romanus	559
Benedictus I. Romanus	573
Pelagius II. Romanus	577
S. Gregorius M. Rom. Gerdiani	
Senatoris filius, a cælo dum Pa-	
patum fugeret, ignis columna	
proditus, IVtus cum S. Ambro-	
sio, Augustino, & Hieronymo	
Ecclesiæ Doctor	590
Sabinianus Thuscus	604
Bonifacius III. Romanus	606
S. Bonifacius IV. Valerianus	607

S. DEUS. Dedit Romanus	614
Bonifacius V. Neapolitanus	617
Honorius I. Campanus	626
Severinus. Romanus	638
Joannes IV. Dalmata	639
Theodorus Hierosolymitana	641
S. Martinus I. Tadertinus	649
S. Eugenius I. Romanus	654
S. Vitalianus Segnienensis	657
Adeodatus Romanus	669
Dominus Romanus	676
S. Agatho I. Sicilus	678
S. Leo II. Siciulus	683
S. Benedictus II. Romanus	684
Joannes V. Syrus	685
Conon Thrax	686
S. Sergius I. Sicilus	687
Joannes VI. Graecus	701
Joannes VII. Graecus	705
Sisinnius Syrus	708
Constantinus I. Syrus	708
S. Gregorius II. Romanus	714
S. Gregorius III. Syrus	731

P. A. PÆ.

Antius
Stephani
garis.

S. Zacharias. Græcus.	751
Stephanus II. Romanus.	752
Stephanus III. Romanus.	753
S. Paulus I. Romanus.	757
Stephanus IV. Sienensis.	768
Hadrianus I. Romanus.	772
Leo III. Romanus.	795
Stephanus V. Romanus.	816
Baschalis. I. Romanus.	817
Eugenius. II. Romanus.	824
Valentinus. Romanus.	827
Gregorius IV. Romanus.	827
Sergius II. Romanus.	844
Keo. IV. Romanus.	847
Benedictus III. Romanus.	855
Nicolaus. I. M. Romanus.	858
.....	862
Electi consuli a Cleto & Populo.	
Hadrianus II. Romanus.	867
Ioannes VIII. Romanus.	872
Marinus Thaumaturgus.	882
Hadrianus III. Romanus.	884
Stephanus VI. Romanus.	885

Fermosus. Portuensis	ad. 787	891
Bonifacius VI. Romanus	ad. 787	897
Stephanus VII. Romanus	ad. 795	897
Romanus	ad. 795	906
Theodorus II. Romanus	ad. 795	905
Joannes IX. Tiburtinus	ad. 802	905
Leo V. Ardeatinus	ad. 815	907
Christophorus Romanus	ad. 815	907
Sergius III. Tusculanus	ad. 815	908
Anastasius III. Romanus	ad. 815	910
Eando Sabinus	ad. 815	912
Joannes X. Ravennae	ad. 815	912
Leo VI. Romanus	ad. 815	929
Stephanus VIII. Romanus	ad. 815	929
Joannes XI. Tusculanus	ad. 815	931
Leo VII. Romanus	ad. 815	936
Stephanus IX. Germanus	ad. 815	939
Marinos II. seu Martinos Romanus	ad. 815	943
Agapitus II. Romanus	ad. 815	946
Populi a. Tyrannis Italizæ, &c.		
Imperatoribus. P. Bonitatis		
Joannes XII. Romanus	ad. 835	955
Benedictus V. Romanus	ad. 835	964
Joan-		

P A P Æ.

Anno
aet. Vol.
garis.

Joannes XIII. Romanus	985
* Domnus II. Romanus	972
Benedictus VI. Romanus	972
Benedictus VII. Romanus	975
Joannes XIV. Papiensis	984
Joannes XV. Romanus	985
Gregorius V. Germanus	996
Sylvester II. Arvernus	999
Joannes XVI. Romanus	1003
Joannes XVII. Romanus	1003
Sergius IV. Romanus	1009
Benedictus VIII. Romanus	1012
Joannes XVIII. Com. Thus.	1024
Benedictus IX. Com. Thus.	1033
Gregorius VI. Romanus	1044
Clemens II. Saxo	1046
Damasus II. Bavarus	1048
S. Leo IX. Germanus	1049
Victor II. Germanus	1055
Stephanus X. Lotharingus	1057
Nicolaus II. Sabaudus	1059
Alexander II. Lucensis	1061
S. Gregorius VII. Senensis	1073

B 6

Vigor

* ist aus der Lay-Bibel ~ B.

P A P A E.

Anno
gra. Vul-
garis.

Victor III. Beneventanus 111X. anno 1086

Urbanus II. Gallus 111XI. anno 1088

Paschalis II. Thuseus 111XII. anno 1099

Electi pars summa Clero, & Pop.

Gelasius II. Cajetanus 111XIII. anno 1118

Calistus II. Burgondus 111XIV. anno 1119

Honорius II. Bononiensis 111XV. anno 1124

Innocentius II. Romanus 111XVI. anno 1130

Electi a Cardinalibus

Cælestinus II. Thuscus 111XVII. anno 1143

Lucius II. Bononiensis 111XVIII. anno 1144

Eugenius III. Pisanus 111XIX. anno 1145

Anastasius IV. Sabinus 111XX. anno 1153

Hadrianus IV. Anglus 111XXI. anno 1154

Alexander III. Seneensis 111XXII. anno 1159

Lucius III. Lucensis 111XXIII. anno 1181

Urbanus III. Mediolanensis 111XXIV. anno 1185

Gregorius VII. Benevent 111XXV. anno 1187

Clemens III. Romanus 111XXVI. anno 1188

Cælestinus III. Romanus 111XXVII. anno 1191

Innocentius III. Anagninus 111XXVIII. anno 1198

Ho-

P A R A E.

Antiquit.
arum Vek
garis.

Honorius III. Romanus	1216
Gregorius IX. Anagninus	1227
Cælestinus IV. Mediolan	1241
Innocentius IV. Genovesis	1243
Alexander IV. Anagninus	1254
Urbanus IV. Tropianus	1261
Clemens IV. ex Fano S. Ægidii	1265
B. Gregorius X. Piacentinus	1271

Electi in Conclavi
Statuente Gregorio X.

Innocentius V. Allobrox	1276
Hadrianus V. Fesulanus	1276
Joannes XIX. Lusitanus	1276
Nicolaus III. Urbinus	1277
Martinus II. dictus IV. de Bria	1281
Honorius IV. Romanus	1285
Nicolaus IV. Asculanus	1288
S. Cælestinus V. Esernensis	1294
Bonifacius VIII. Caetanus	1294
Benedictus XI. Tarvisinus	1303
Clemens V. Valutensis	1305
Joannes XX. Caduricensis	1316

Anales
sec Vul-
garis.

Benedictus XII. ex Comitatu Fumariensi (Feria)	1334
Clemens VI. Lemovicensis	1342
Innocentius VI. Lemovicensis	1352
Urbanus V. Miniatenus	1362
Gregorius XI. Bello-fordanus	1370
Urbanus VI. Brignanus	1378
Bonifacius IX. Neapolitanus	1389
Innocentius VII. Milioratus	1404
Gregorius XIII Venetus	1406
Alexander IV. Cretensis	1409
Joannes XXI. Neapolitanus	1410
Martinus V. Columba	1417
Eogemius IV. Venetus	1431
Nicolaus V. Lucensis	1447
Calistus III Hispanus	1455
Pius II. Senensis	1458
Paulus II. Venetus	1464
Sixtus IV. Savonensis	1471
Innocentius VIII. Cybo	1484
Alexander VI. Hispanus	1492
Pius III. Piccolomineus	1503
Julius II. Savonensis	1503

Leo

PAPÆ.

Annæ
ærte Vul-
garis.

Leó IX. <i>de Medicis</i>	1513
Hadrianus VI. <i>Ultræjectinus</i>	1522
Clemens VII. <i>de Medicis</i>	1523
Paulus III. <i>Farnesius</i>	1534
Julius III. <i>Thusculus</i>	1550
Marellus II. <i>Politianus</i>	1555
Paulus IV. <i>Cereffæ</i>	1555
Pius IV. <i>de Medicis</i>	1559
S. Pius V. <i>Alexandrinus</i>	1566
Gregorius XIII. <i>Bononiensis</i>	1572
Sixtus V. <i>Peregrinus</i>	1585
Urbanus VII. <i>Castanensis</i>	1590
Gregorius XIV. <i>de Sfondratis</i>	1590
Innocentius IX. <i>Fachinetus</i>	1591
Clemens VIII. <i>Aldobrandinus</i>	1592
Leó XI. <i>de Medicis</i>	1605
Faultis V. <i>Bürgbeatus</i>	1605
Gregorius XV. <i>Ludovisius</i>	1621
Urbanus VIII. <i>Barbarinus</i>	1623
Innocentius X. <i>Pamphilius</i>	1644
Alexander VII. <i>Chigi</i>	1655
Clemens IX. <i>Rospigliosus</i>	1667
Clemens X. <i>de Altieri</i>	1679

Inno-

Innocentius XI. Odescalchi M. · · 1676
 Alexander VIII. Orsoboni M. · · 1689
 Innocentius XII. Rignetti L. · · 1691
 Clemens XI. Albani M. · · 1700
 Innocentius XIII. de' Conti M. · · 1721
 Benedictus XIII. Orsini M. · · 1725
 Clemens XII. Corsini M. · · 1730
 Benedictus XIV. Lambertini A. · · 1740
 Clemens XIII. Roccavigno A. · · 1758
 Clemens XIV. Gangarilli M. · · 1769
Pius VI. Braschi M. · · 1775
 1778 · · · · · · · · · · · · · · 1778
 1789 · · · · · · · · · · · · · · 1789
 1791 · · · · · · · · · · · · · · 1791
 1795 · · · · · · · · · · · · · · 1795
 1799 · · · · · · · · · · · · · · 1799
 1804 · · · · · · · · · · · · · · 1804
 1823 · · · · · · · · · · · · · · 1823
 1831 · · · · · · · · · · · · · · 1831
 1836 · · · · · · · · · · · · · · 1836
 1846 · · · · · · · · · · · · · · 1846
 1850 · · · · · · · · · · · · · · 1850
 & Anti-Papæ Sub Pontificatus Schismata Papæ.

N ovatianus	S Cornelius
Felix	Liberius
Ursicinus	Damasii
Eustalius	Bonifacii I.
	Lau-

Anti-Papæ Sub Pon.
 & tificatu
 Schismata. Papæ.

Laurentius	S. Symachi I.
Dioscorus	S. Bonifacii II.
Theodorus & Petrus . . .	Joannis V.
Theophilactus	Stephani II.
Constantinus	Pauli I.
Zizinius	Eugenii II.
Anastasius	Benedicti III.
Sergius	Fomosi.
Christophorus	Leontisa V.
Leo	Joannis XII.
Bonifacius	Joannis XIV.
Joannes	Gregorii V.
Gregorius	Benedicti V.
Joannes sub nomine	Benedicti IX.
Sylvestri III.	
Cadafolus sub nomine	Alexandri II.
Honorii II.	
Guibertus sub nomine	Gregorii VII.
Clementis III.	
Theodoricus sub nomine	
Sylvestri III.	Paschalij II.
Maginulphus	Mau.

Ante Papæ
Schismata. Sub Pontificatu
Papæ.

Mauritius Burduinus	Gelasii II.	Innocentii II.
Bracharenis sub no-		
mine Gregorii VIII		
Petrus Leonis sub no-		
mine Anacleti II.		
Gregorius sub nomine		
Victoris II		
Ostavianus sub nomine		
Victoris IV		
Guido de Cremona		
sub nomine Pascha-		Alexandri III.
lis III		
Joannes Hungarus sub		
nomine Calisti III.		
Novus his Sæculis Ordo Religiosus eti fundatus non est, prius tamen instituti magis semper fierere, adeo ut viri Principes quam plurimi Religiosorum instituta, cùm primis S. Benedicti amplectentur.

Sæculum X.

Ordo Cluniacensis tot virorum sanctitate illostriam Seminarium à Bernone Abate in pago Cluniaco cœptus fundari. Circa annum . . . 906

S. Romualdus Rayennas è Nobilissima Ducum Stirpe ortus, suscepto in Monasterio Cluniensi S. Apollinaris habitu religioso, unde ad Anachoretarum vitam secedens, Camaldulensis Ordinis regulæ S. Benedicti peculiaria quædam statuta addens Fundator existit, hominesque docuit in terris vitam Angelorum beatulari. Circa annum . . . 980

et . . .

Sæ-

Sæculum XI.

S. Joannes Gualbertus Nob.
Florentin. Clarissim. Ordinem à
Valle umbrosa, ubi Monasterium
exstruxit, huncupatum condidit.

Circa 1063

S. Bruno Coloniæ Aggrippinæ
clarissimis ortus Parentibus, subin-
de Canonicus Rhemensis, cum sex
aliis sociis à Deo vocatus fæcerri-
stam; & nunquam satis laudatum
Carthusianorum Ordinem in rupe
altissima & asperrima, cui Carthu-
siæ nomen, condidit 1086

S. Stephanus nobilis Gallus cir-
ca hæc tempora instituit Ordinem
austeræ admodum disciplinæ, cui
Grandimontium post obitum S.
Stephani divino moniti incolere
potum nomen hoc indidit.

A Gastone nobili Gallo occasio-
ne ignis sacri in Gallia grassantis
instituta est pia primum Congre-
gatio, quæ dein in Ordinem Ca-
nonic. Regul. S. Antonii coaluit,
quo-

quorum officium erat, praedicto morbo laborantibus operam suam commodare. Cœpit circa hæc tempora.

S Robertus Abbes Molismensis Ordinem, cui à Cistercio, solitario Burgundiaæ loco nomen; instituit, à S. Bernardo dein mirifice propagatum, sanctissimorum, doctissimorumque virorum Seminarium Cœra annum 1098

Sæculum XII.

S Norbertus verbo, vita sanctitate, & miraculis potens, Ordinem sanctissimum Canonic Reg. cui à Præmonstrato, deserto olim Galliaæ loco, nomen; instituit . . . 1120

De Ordinis Guillermitarum Authorе variant Scriptores

Sæculum XIII.

Saeri Ordinis Franciscanorum & Minoritarum quo nullus pauperior atque fecundior fuit.) S. Franciscus Afflatus matus 28. an. audite. Ev'angelio de reliquendis omni-

omnibus, adscitis sibi sociis 12. Romam veniens, prima jecit fundamen-
ta. Approbatus est ab Innocentio
III & Honorio III. 1208

Ordinem SS. Trinitatis redem-
ptionis captivorum à S. Joanne de
Matha, & S. Felice Valesio insti-
tutum Innocent. III. confirmavit 1209

Ordinem Prædicatorum firmissi-
mam adversus hæreses arcem, Au-
thore S. Dominico anno 1206. in
Gallia Narbonensi cœptum con-
firmavit Honorius III Fontisex.. 1210

Ordinis B. Mariæ de Mercede
redemptionis captivorum Author
est S. Petrus Nolascus adjutoribus
S. Raymundo de Pennaforti, & Ja-
cobō I. Aragonum Rege. 1211

Ordo Monialium S. Charæ, quas
Damianitas vocant ab Ecclesia S. Da-
miani. Earum Parenst fuit S. Clara
mirabilis Virgo, filia in Spíitu S.
Francisci de Assisiis, paupertatis am-
mantissima, atque ex Regula S.
Francisci vitam instituens. 1229

San.

Sanctissimo Ordini Carmelitarum
ab Aimerico Antiocheno Patriarcha
anno 1181. ob Saracenerum incur-
sus in monte Carmelo Itatus collo-
cato, B. Albertus Patriarcha Hiero-
solym; An. 1209. Regulam con-
scripsit, quam Honorius III. approb. 1226

Ordo Servorum B. V. Mariæ, ori-
ginem duxit à septem Nobilibus
Florentinis divino monitu in mon-
tem Sanarium secedentibus, ibique
posita ædicula Dei, & ejus SSæ
Matris laudes sub Regula S. Augusti
concententes, horum præcipuus fuit
Bonfilius de Monaldis. Hic Ordo
dein Mendicantib. adscriptus multos
viros & Sanctos, & eruditos edidit. 1233

Ordinem Eremitarum S. Augu-
stini Alexander IV. plures Eremita-
rum Congregationes in unum Cor-
pus sub uno capite Regulam S. Au-
gustini profitentem rededit. 1255

Ordo Cœlestinorum à Cœlestino
V. Papa Conditore sic dictus, cum
ante Pontificatum ejus Congregatio

S.

S. Damiani appellaretur. Refertur
ad annum. 1290

Ad hoc Sæculum revocatur quo-
que Ordo Sylvestrinorum à B. Syl-
vestro Gazolino conditus.

Item: Eremitæ S. Pauli primi
Anachoretæ, Eusebium Strigoni
Ungariæ Urbe oriundum religiosæ
sue familiæ Ducem & Parentem ve-
nerantur. Hic tamen Ordo Paulino-
rum sequenti primum Sæculo a Jo-
anne XXII. an. 1328 confirm. est,

Sæculum XIV.

Ordinem Olivetanum à monte Oli-
veri sic nuncupatum, ad quem cum
duobus sociis ex voto recuperati Yi-
sus, Parens hujus Ordinis Bernardus
Ptolomæus Senensis Nobilis Juris-
consultus secessit. 1319

Ordo Jesuotorum Senis à S.
Joanne Columbano sub Regula S.
Augustini conditus est, à Clémente
IX. postea extinctus. Capit. 1367

Ordini à S. Salvatore nuncupato
S. Brigitta Viðua illustrissimis orta

statibus regula à Christo ipso accepta, virisque simul, ac mulieribus data, quibus omnibus ipsa præcesset. Antistes, initium fecit. Ordinis hujus monasteria maxime per Septentrionem sparsa magna sui parte tempore Lutheri cum fide Catholica eversa sunt. Confirmavit hos Ordines paulo post sua initia Urbanus V. **1370**

Ordo Hieronymitarum à Petro Fernando & aliis viris sanctis Italiorum in monasterio S. Bartholomæi de Lupiniana institutus est; Fundatorem venerantur B Petrum Gambacurtam. Confirmatus est Ordo hic a Gregorio XI. An **1373**
 Seculum XV.

Ordo minorum à S Francisco de Paulo (exemplar veræ humilitatis ac solidæ charitatis) institutus, à Sixto IV. aliisque Pontificibus confirmatus **1473**

Augustinianorum Discalceatorum Ordini à Sixto IV. approbato Baptista Poggio initium dedit. **1474**
 Or.

Ordo Annunciarum B. Mariæ
institutus à B. Joanna Ludovici XI.
Gallia Regis Filia, circa annum. 1499
Sæculum XVI.

Ordo Clericor. Regularium, alias
Theatinorum à S. Cajetano Tiepolo
nobili Vincentino, & Petro Caraffa
Episcopo primum Theatino, dein
Papa sub nom. Pauli IV. condit. est. 1524

Ordo minorum S. Francisci Ca-
pucinorum, cuius author erat Mat-
thæus de Bassio Umbri Sacerdos Mi-
norita visione quadam excitatus, ad-
jutore Ludovico Forosempromensi
item Minorita; quem tamen hi duo
deservere, ut Dei non hominum
opus haberetur. Approbatus est an.
1528. à Clemente VII. Cœpit. 1525

Congregatio Clericorum Regu-
larium S. Majoli sive de Somascha
à loco inter Mediolanum & Bergo-
num sic dicta à B. Hieronymo Æ-
miliano Nobili Senatore Veneto in-
stituta. Est hujus Ordin. Orphanos
alere, & ad artes, ac bonos mores

erudire. Eruditam juxta ac piam hanc Congregationem S. Pius V.	
An. 1568. confirmavit. Cœpit. . 1531	
Ordo Minorum S. Francisci de <i>strictiore observantia</i> , quos & <i>recole- tios</i> vocant, approbatus est à Clemen- te VII. 1532	
Congregatio Clericorum Reg. S. Pauli, qui & Barnabitæ (ab Ec- clesia S. Barnabæ Mediolani) dicun- tūr. Approbata est à Clemente VII. dein post biennium iterum à Paulo III. confirmata 1533	
Societas JESU à S. Ignatio de Loyola Nobili Cantabro ex vulnere Pampelone accepto ad Christum converso adlectis novem Sociis cœ- pta est, cuius institutum An. 1540. Paulus III. magnis celebrans laudi- bus approbavit. Cœpit. 1534	
Ordinem Fratrum Hospitalitatis, vulgo Misericordiæ à S. Joanne de Deo fundatum An. 1572. S. Pius V. approbavit. Cœpit. 1538	

0x-

Ordinem Carmelitarum Discalceatorum à S. Theresia ducibus Joanne de Yepez à Cruze, & Antonio Heredio de JESU ad pristinam S. Alberti regulam reductum, Gregorius XIII. approbavit 1580. Cœpit 1565

Congregat. Oratorii à S. Philippo Neri instituta Romæ. Anno 1575. à Gregorio XIII. confirmata. Cœpit 1572

Congregatio Clericorum ministrantium infirmis à Sixto V. confirmata est 1585

Congregationem Fulensem strictioris observantiae Monachorum Ordinis Cisterciensis à Joanne Barberio Monasterii Fulensis Abate institutam Sixtus item V. confirmavit 1586

Hoc quoque Sæculo Clemens VIII. Congregationem Clericorum Regul. Doctrinæ Christianæ confirmavit .. 1592

Sæculum XVII.

Ordinem Monialium à Visitatione B. Virginis nuncupatum S. Franciscus Salesius condidit 1610

Congregatio Ursulinarum ad instituendas sine minervali puellas cura potissimum D. Tobiae de sancte Beate condita, & a pluribus Pontificibus laudata, Anno 1630. confirmata est ab Urbano VIII.

Cœpit circiter 1611

Monialium sive Canonissarum Regul. S. Aug. Congregationem Dominae nostræ à B. Petro Ferrerio institutum, quæ pariter ex iustitio puellas erudiendas, & honestis moribus imbuendis habet; approbavit Anno 1614. Paulus V. Cœpit 1611

Huic non absimilis instituta est Congregatio B. Mariæ Burdegalæ nobili Matrona Maria Lestonaca 1611

Congregatio Clericorum Oratorii dicta *Oratorii JESU Christi Domini*, diversa ab illa, quam Philippus Nerius instituit, condita est Parisiis à Petro Berullo viro piissimo & ad instituendos in Divinis Officiis Sacredotes nato 1613

Ordo

**Ordo Clericorum Regular. Pia-
rum Scholarum à S. Josepho Calaf-
fantiō fundatus, quorum munus
est pueros pauperes primis litera-
rum elementis imbuere, à Grego-
rio XV. confirmatus 1628**

**ORDINES EQUESTRES
PER UNIVERSAM EUROPAM
INSTITUTI.**

In Lusitania.

An. 1628
vulgaris.

Ordo Equitum JESU Christi,
vulgo, del habito Christi, à
Dionysio Rege, cognomento Pe-
rioca, contra Mauros Boëticam in-
festantes institutus, Summo Pon-
tifice Joanne XXII. approbante,
& normam, legesq[ue] vivendi à Be-
nedictina Familia præscribente. Sue-

cessit hic Ordo in locum, & bona
Templariorum paulo ante exciso-
rum. Præfunt Reges Lusit. 1319

Ordo Equitum Avisiorum, sive
de Avis ab Alphonso I, Rege Lusi-
torum contra Saracenos, sub
nomine militum Eborensum, dein
Avisiorum, institutus; subinde cum
ordine Calatravensium in Hispania
in unum Collegium coaluit, atque
iterum facta dissolutio. Leges, præ-
ceptaque vivendi à Cistercio tran-
stumpta sunt. Præf. Reg. Lusit. 1147

Ordo Equitum S. Jacobi de Spä-
tha, communis cum Hispanis, ante
tempora Dionysii Regis, primis
duobus & amplius sæculis comitio-
rum suffragiis non hereditate Ma-
gnus Ord. Magist. electus est, donde
vacante Præfectura Joan. III. Lusit.
Rex (approbante Julio pariter III.
Pontif.) sedem impleret; natale
solum Castellam habuit, translatus
in Lusitaniam. An. 1149. Cœptus
in Hispania circiter 1198

Ordo

Ordo Equitum S. Joannis, dicti
Anconenses, à loco, ubi cœptus,
ex Hispania in Lusitaniam sub Al-
phonso Sapiente translatus; leges
huic Ordini eadem, quæ Religiosis
D. Augustini. In Lusitania hodie
exoluti

In Hispania.

Ordo Equestris Aurei Velleris,
vulgò, de la Toison d'Or, longè
toto orbe celeberrimus à Philippo
Duce Burgundiæ occasione nuptia-
rum cum Elisabetha filia Joannis Lu-
sitaniæ Regis, Brugis in honorem
S. Andreæ institutus; incrementa
tamen sua Regibus, Imperatoribus-
que, quibus & claruit, & hodie
claret, debet. Burgundiços hos

honores cum Burgundiæ, Belgii-
que Provinciis Maximilianus I.
Rom. Imp. adiecta sibi in matrimo-
nium Maria Caroli Audacis unica
hærede, in Austria intulit. Trans-
latus hic Ordo subinde à Carolo V.
in Hispaniam quoque, cum Roma-
nam, Hispanamque Monarchiam
inter Ferdinandum fratrem, filium-
que Philippum dispesceret. Præf.
Reges. Cœptus. 1430

Ordo Equestris S. Jacobi de Spa-
tha, dictus Compostellanus, idem
qui Lusitanis, in memoriam relatae
miraculose de Mauris à Ramiro
Rege, ope S. Jacobi albo equo
exercitum divinitus præcedentis,
victoriæ, à Ferdinandō II. Arago-
num Rege, ut plerique putant,
institutus, & approbatus à Cœlest.
III. Pontif. circa an. 1198. vel
ut alii an. 1175

Ordo Equitum Calatravensium
contra Mauros, Barbarosque pri-
mum ab Raymundo Cisterciensium

Ab-

Abbate Toleti institutus , inde à Sancto IV. hoc nomine Toletanorum Rege , Calatravam inductus . Legibus Cisterciensium regitur ; à tribus Pontificibus Alexandro III. Innocentio III. & Paulo III. confirmatus . Initio Raymundus Cisterciensium Abbas , inde viri Principes Summum Magistratum gessere , ad extremum Ferdinandus Rex Cathol. annuente Innocent. VIII. Pont. sibi successoribusque eam dignitatem propriam effecit . Cœpit Anno . . 1158

Ordo Equitum Alcantaræ à duobus fratribus Illustribus Svero Fernandez , & Gomesio fundamenta accepit contra Mauros Catholico Regno deturbandos . Initio ordo S. Juliani de Pyrario , sive Perreyro appellatus , dein permixtus Ordini Calatravensium , ac subinde sibi restitutus anno 1411 . Confirmatus à Pontificibus an. 1177. & 1183. Summa dignitas à Carolo V. perpetua est Reginis Hispaniarum .

Leges accepit à Cisterciensi Familiæ. Cœpit an. 1156

In Hispania exstincti.

Equites Liliæ à Sancto Aragoniæ, Castellæque Rege, Garziæ filio contra Mauros coacti, post unum & dimidium sæculum dilapsi sunt. Cœperunt ante annum. 1035

Ordo Equitum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum sic dictus, jam exolevit, ejus tamen monumenta adhuc exstant in ordine Monastico, hoc nomine insignito. Uterque hic ordo, equester nimirum & monasticus Jacobo I. Aragoniæ Régi, ita suadente Raymundo de Pennaforti Prædicatore, sua debet initia, confirmante Gregorio IX. Pontifice. anno 1230. aut 1232. Cœptus an. . . 1218

Ordo Equestris S. Salvatoris Gallis, Hispaniisque militibus communis, conditore Alphonso I. Aragonum Rege contra Barbaros hodie abolitus, inclaruit anno . . . 1117

Orde

Ordo Equitum Bindæ, sive Fasciæ rubræ, florem juventutis & nobilitatis complectens, authore Alphonso Castellæ Rege contra Mauros conditus; sed & hic depulsis Mauris evanuit. Cœptus an. 1420

Ordo Equestris Montesiae, ex bustis Equitum Templariorum surrexit in Regno Valentia, curante Jacobo II. Valentia, Aragoniaque Rege, approbante Joanne Pap. XXII. vixit ex legibus Cisterciensium. Dicti subinde Equites Georgiani, item de Alfama, & Calatravenses, postremo hoc nomine hodie supersunt, aut his norma vivendi non absimiles. Cœptus anno 1318. aut. 1319

Ordo Equitum Columbae & rationis, seu S. Spiritus initium & finem accepit à Joanne I. Rege Castellæ; namque cum vita Regis hujus desit Cœptus 1389

Ordo Equitum S. Mariæ Lilii in honorem B. V. Mariæ a Fer-

F 7 dinan.

dinando I. Aragonum Rege leges & insignia accepit ; vivendi normam ad placita S. Basili exegit , jam vero hodie penitus defloruit . Cœptus 1403

Ordo Equitum Squammæ Authoræ , ut opinari licet , Joanne II. Castellæ Rege , jam dissolutus est . Cœpit fortasse an. 1420

Ordo Equitum à Cruce Burgundica à Carolo V. Imp. auspicio sumpfit , sed ut repente illuxit , ita subito evanuit . Cœpit 1535

In Gallia florentes .

Ordo Equestris S. Spiritus tota Gallia viris illustribus nobilissimus , Parentem natus est Henricum , Valesia è stirpe Regum Franciæ postremum , eo , quod S. Pentecostes die ipse duo Regna Francicum & Polonicum adiisset , Membra , præter octonos Ecclesiæ Præsules , & quatuor adhuc viros illustres , centenario continentur numero ; nemo allegitur ante , quam nomen ordi-

ordini D. Michaëlis dederit; leges, institutaque ordinis ad extinguen-
dam in Gallia hæresim spectabant.
Dignitas M. Magistri penes Reges
est. Cœp. I 579

Ordo S. Michaëlis Ludovico XI.
suum debet initium in memoriam
ob victorias relatas ab antecessoribus
Regibus Francis ad Aureliam ope S.
Michaëlis. Subinde ita viluit nu-
mero membrorum, ut ipsi franci
cōvicio appellarent equites: *le Col-
lier de toutes Bêtes*. Deinum à Lu-
dovico Magno (syllabum Equitum
ad centenarium calculum contra-
hendo) pristinæ dignitati restitu-
tus Anno 1665. Sanctum est:
Inter Equites S. Spiritus neminem
cooptandum prius, quam nomen
huic Ordini dedisset. Cœpit. An. 1428

Ordo S. Ludovici primordia à
Ludovico Magno accepit, membro-
rum numerus non definitur; hoc
temporis ultra tria millia censentur
in varios gradus divisa. Octo Viri

Prin.

Principes, viginti quatuor Equites
magnæ Crucis, cæteri *Commeudeurs*
seu Præfetti appellantur. Præsunt
Reges, Cœpit 1693

Ordo Vexilli nautici (du Pavil-
lon) à Ludovico XV. in locum
Ord. de Terasse seu hortis pensili-
bus, quem idem An. 1716. insti-
tuere cœpit, surrogatus, atque in-
stitutus. Anno 1723

Ordo Equitum S. Lazari, &
Mariæ de Monte Carmelo unum
ita componit Sodalitium, ut è plu-
ribus permisiis hoc duntaxat no-
men retineat. Equitum S. Lazari
vetus est origo in Syria, in Galliam
translatus omnes reliquos amplitu-
dine anteivit; Ordo Mariæ de Car-
melo opus fuit Henrici IV. Quo
Anno permisti sint, in dubio est.

Ordo D. Remigii vulgo ampul-
læ sacræ, è quatuor membris com-
ponitur, sed longe antiquissimus,
magnificentissimusque à Clodovæo
I. Franciæ Rege sacro fonte abluto
insti-

institutus. Munus præcipuum. hu-
jus Ordinis est, dum Rex legē sa-
liça approbatus, inaugrandus est,
sacram ampullam olei (D. Remi-
gio oīi per Angelum allati) de-
ferente Præfule in templum comi-
tari, & latus Præfulis stipare. Cœ-
pit circa annum 499

Ordo Equester à Quercu (su-
cepto in Mauros bello apparente
prodigiose proceræ quercui signo
Crucis) à Garzia Navarræ Rego
institutus, nunc Galliæ adscriptus.
Cœpit circiter 722

Ordo Equit. à Nave; Sacer hic
Ordo conditorem habuit S. Eudo-
vicum XI. causa expeditionis sacræ
in Palestinam classibus suscepitæ.
Cœpit 1269

Per Galliam exoleti.

Ordo Equitum Mustellæ de la
Genete, Caroli Martelli Magni con-
ditoris magnum pariter institutum
post relatam memorabilem de Mau-
ris (cœsis 70000. Saracenis) vi-

cte.

Goriam, ab exuviis felis Sibethi,
quas Mauris detraxerat, sic dictus.
Duravit nonnisi usque ad tempora
S. Ludovici. Cœpit post annum .. 725

'Ordo Equestris Palmæ viridis
cognomentum ex signo, signum
ex sponsione & officio, quo defen-
sionem pudoris honestarum Matre-
narum, Virginumque contra pro-
cacem plebeculam, vim palam infe-
rentem, suscepserat, sed brevi, vix
Gallia æstensus hic ordo, evanuit.
Authorem habuit Mareschallum Bo-
veut sub Carole VI. Gallia Rege.
Anno circiter 1382

Ordo Genistæ floris (vetus Gal-
liae Collegium) à S. Ludovico XI.
inter solemnia nuptiarum institu-
tus, Equitesque armigeri, eo quod
functiones scutiferorum servorum
obirent, appellati; defloruit & hic
quoque. Cœpit An. 1234

Ordo Equitum Spicæ apud Ar-
moricos, aliter muris Russiæ men-
tani, vulgo Hormelin appellatus,

à Francisco I. Armoricæ, Britaniæque Duce descendit; paulo post ortum occidit. Cœpit post annum circiter 1516

Ordo Equitum à Cardui signo nomen adeptus inventorem Ludov. II. Burgund Ducem, Protectricem B. Dei Genitricem habuit; sed & hic Ordo vix orbi ostensus, interiit. Cœpit circiter post annum 1307

Ordo Equitum, quorum signum histrix existit, conscriptus à Carolo Aurelianensi Duce; floruit usque ad tempora Ludovici XII. post quem evanuit. Cœpit circa An. 1433

Ordo Equitum Stellatorum illustrissime videtur Franciæ tempore Joannis Boni, extinctus tamen Caroli V. cui successit Ordo S. Michaëlis. Cœpit post annum 1350

Ordo Christianæ charitatis, Henrico III. Authori tribuitur, ante Palatia, hodie Nosocomium Coronæ Parisiensis Mareel dictum incolit, Cœpit, circiter anno 1574

Ordo

Ordo Equitum à signo Canis &
Galli sic dictus, Carolo è Mont-
morencyis suum quod debeat ini-
tium, verosimilius est; quo vero
anno? divinare non licet, id cer-
tum, eum hodie interisse.

In Anglia conspicui.

Ordo Periscelidis Anglis *The
order of The Garter*, sive S. Geor-
gii per Angliam florentissimus illu-
strem ob devictos Gallos, an pu-
dendum inter choreas (ex perisce-
lide defluente Comitissæ Sarisbe-
riensis, quam Eduardus Rex III.
deperibat, amatorie à Rege riden-
tibus Aulicis restituta) ortum ha-
buerit? in ambiguo est; id certum,
ab Eduardo cœptum; quidam refe-
runt ad annum 1350, alii ad an-
num 1346

Ordo Equitum à Balneo seu trium
Coronarum, vulgo, *Knigbis of the
Bbar*, ab Authore Henrico Rege
Angliae IV. sic dictus, eo, quod
priusquam in Sodalitium hoc reci-

pere

perentur Candidati, balneo ablui
debuerint Interierat hic Ordo, sed
a Georgio I. ad Jacobi II. solium
everso, in vitam revocatus anno .. 1729

In Scotia.

Ordo S. Andreæ in Scotia, vulgo
Cardui & Rutæ à Petrone, alias Hun-
go Rege Scotiæ institutus prohibe-
betur; num ex duobus Sodalitiis
Cardui & Rutæ in unum S. Andreæ
confatus sit, affirmare non ausim.

Cœpit circiter anno. 840.

Exstincti in Anglia & Scotia Ordines.

Ordo SS. Sepulchri Servatoris ab
Henrico Angliæ Rege II. ad custo-
diam Sepulchri Hierosolymitani in-
stitutus, cum Religione orthodoxa in
Anglia interiit. Cœpit circiter. 1164

Equites Mensæ rotundæ, in An-
glia, Scotiaque incerti instituti, flo-
ruerant per ea tempora, quibus in
Germania ludi *Turnier* vulgo fre-
quentabantur. Equites hi nomen in-
de traxere, quod antequam in ludum

pre-

prodirent, mensis rotundis, nè de ambitu inter accubidores contentio emergeret, accumbere consueverint. Qao tempore cœptus, quove intierit, incertum.

Ordo Equitum ab Agno Dei originem ab Joanne Scotorum Rege dicto *Bono* repetit; fata huic suprema hærefis intulit. Cœpit. 1560

In Sabaudia clarissimi.

Ordo Equester Annunciationis, in venerationem Magnæ Dei Matris ab Amadæo V. cognomento Viridi Comite Sabaudiæ institutus, hodie que floret; quo anno cœperit incertum, certum tamen ante An. . . . 1384

Ordo Equitum S. S. Mauritii & Lazari Conditorem habere meruit Amadæum VIII. Comitem primum, dein Ducem, tum & D. Petri Successorem. Magni Magistri honore fungitur hodie Dux Sabaudiæ. Cœp. 1434

In Regno Neapolitano.

Ordo Equester S. Januarii in lucem novissime productus à Carolo

IV.

IV. Bourbonio utriusque Sicilie Re-
ge, floret his auspiciis nobilissimus
Ordo. 1738

In Hetruria.

Ordo Equestris S Stephani ce-
leberrimus Magno Duei è Domo
Medicea Cosmo suam in acceptis
refert originem ob victoriam die S.
Stephani sacra partem Floret sub
Magnis Ducibus. Cœpit. 1555

Venetiis.

Ordo Equester sub trino nomine
ab Ocea, à Stola, & à S. Marco in
totidem classes discriminatus, hodie
florentissimus; quo anno cœptus,
in obscuro est, à S Marco nonen
adeptus circa annum. 1480

Equites Pontificij.

Ordo Equester S. Sepulchri Hie-
rosolymitani Godefrido Bullionio,
& Balduino Fratribus sua debet ex-
ordia. Hodie officio hujus Ordinis
fungitur sacra D. Francisci Familia.
Cœpit circiter. 1098

Or.

Ordo Equester S. Spiritus in Saxia Romæ opus est Innocentii III. Pontificis ad ferendam opem ægrotis, egenis & peregrinis institutus, hodieque viget. Cœpit circiter an. 1199

Ordo Equester S. Mariæ Lauret. à Sixto V. Pontif. præsidio ædi Laurentianæ Virginis, thesauroque illius Sanctissimo deputatus, hodie non nihil jam à primo splendorē descivit.

Cœpit. 1586

Ordo Equester S. Pauli à Paulo III. P. M. erectus, & subinde à Paulo V. confirmatus adhuc floret. Cœpit. . 1540

**Equites Pontificii, qui
pene evanuerunt.**

Ordo Equitum S. Petri conditorem habuit Leonem X. P. M. subinde à Paulo III confirmatus, hodie præter nomen nihil retinet Cœpit. 1520

Equites Pontificii S. Georgii ornanda potius, quam defendenda Ecclesiæ ab Alexandro VI. Rom. Pontif. conditi, completa statu interierunt. Cœpit hic Ordo. 1492

Or-

Ordo Equitum JESU Christi à
S. Dominico primum contra ha-
 resim Albingensem institutus, &
 saepius a **Santiss. Pontificebus** con-
 firmatus; Hac vero indeleta ha-
 resi adscitis etiam Mulieribus, Fra-
 tres, Sororesque de pœnitentia au-
 dicunt. 1208

Alter Ordo Equitum JESU Chri-
 sti Pontificius authorem habuit Joā-
 nem XXII. Anno circiter. 1316

Teatus hoc nomine Ordo à Pau-
 lo V. constitutus, eum eodem extin-
 ctus est. Anno circiter. 1606

Ordo Equitum, qui Pii diceban-
 tur, à Pio IV. Pontifice ortum da-
 git, qui post mortem ejus patiter
 interiit. Cœpit. 1559

Ordo Equitum Lili Paulum III.
 Pontificem authorem coluit, iam ve-
 ro nullus est. Cœpit. 1540

Ordo Equitum S. Rosarii Perusini,
 Domincio, utrū ordo Equitum JESU Christi
 cœptus sit, inter Pontificios
 tamen recentiori sunt Equites eo,

quod Promotores habuerint. Flo-
ruit circa annum. 1209

Ordo Equestris S. Mariz Glori-
osæ sub Pontificijs auspicijs à Ber-
tholomæo Vincentio è S. Prædicato-
rum Ordine Viro institutus. Dicitur
etiam ordo Gaudentium Fratrum.
Jam vero evanuit. 1283

Equites varii per Italiam olim sparsi.

Ordo Equitum Harpedonis vul-
go dell' Arcolaio, invadente Neapo-
lum Ludovico Andegavensi, in tute-
lam Urbis, Infantis Ladislai, & Mar-
garithæ Caroli III. Viduæ exortus,
brevi occasum vñdit. Cœpit. 1388

Ordo Equitum Leenæ contra
Margaritham viduam Caroli III.
Ducis Neapolit. & ordinem Harpe-
donis suscitatus, in Siciliam pene-
travit, incertum quo authore, &
quando interierit. Cœpit cœciter. 1388

Ordo Equitum Muiss. Pontici,
vulgo Hermelin. Francisco illi primo

A.R.

Armericæ Duci tribuendus , jam
extinctus , floruit in Sicilia 1450

Ordo Equitum Lunæ crescen-
tis Andegavensisbus Ducibus Sici-
liam obtinentibus ortum debet ,
occasum vero Pontifici Pio II. Cœp. 1448

Ordo Equitum Navis à Carolo
III. Neapolis Rege suscitatus inter
primoq. Europæ merito censeri po-
terat , sed non nisi cum Careli vi-
ta superstes. Cœpit circa annū 1382

Ordo Equitum nōo insignito-
rum originem suam debet Ludovi-
co Tarentino Regi Neapolis , de-
sponso Joannæ I. sed dudum dislo-
catus est. Cœpit circa annum 1352

Ordo Equitum Stellatorum in
Sicilia exortus est conditore Mar-
chione de Tyrace contra Turcos ;
at depulso Amurathë stella cum or-
dine evanuit. Cœpit 1595

Equites per diversa Italiæ
loca olim florentes.

Ordo Equitum S. Georgii Raven-
næ , auctorem habuit Paulum III.

Pontificem contra Turcas; verum
eum. flores cœpit, emarcuit. Re-
fertur ad annum circiter 1538

Alter ejusdem nominis ordo Ge-
nue à Friderico III. Imperatore re-
nunciatus; longiore ævo dignissi-
mus, sed nec observato fato con-
tabuit. Refertur ad annum circiter 1320.
Ordo Equestris *Fortunæ* Brixianæ
incerto auctore floruit usque fere
ad ann. 1300. Cœpisse videtur ab anno 1000.

Ordo Equestris *Sanguinis JESU*
Christi Mantuæ à Vincentio Gonza-
ga VI. ex ea familia Duce Man-
tuano suscitatus, fato subiude sub-
latus est. Cœpisse videtur ab anno 1607.
Equites per Germaniam florentes.

Ordo EQUITUM Teutonicorum,
sive S. Mariæ in Hierusalem per to-
tam diffusas Germaniam, cœptus
in Syria ab Henrico Walpot, icono-
firmatus à Coelestino III. Pontifice
anno 1198. ejectus per Saracenos
Hierosolymis in Ptolomaidem se-
contulit, inde post paulum in Ger-
mani-

Ordo Egnitum; Aurei Velleris
in Austriam ex Hispania per Maxi-
milianum I. illatus; iterum, sec
Carolo V. Hispaniae restitutus;
tandem in jura Caroli II. Hispaniae
Regis, succedente Carolo III. hoc
nomine Imperatorum VI. per pa-
cem cum Philippo V. factam, con-
ferendi aurei velleris potestatem
sibi reservatam Austriae restitutus,
magno splendore hodie resulget.
Initia yide in Hispania, Restituta
vero Austriae anno 1712.

Ordo Equestris Illustrium Familiarum a Cruce Stellata Viennæ institutus ab Eleonora Gonzaga Ferdinandi III. Augusta Conjuge. Initium dedit particula S. Crucis D. Ant. C. Eleonoræ charissima intercessos texustæ aulæ Sabigne illæsa. Magistratum supremum ordinis ipsa

primum Eleonora Augusta gessit,
hanc Eleonora Neo-burgica Au-
gusta, Leopoldi Imp. Vidua, eam
vero Wilhelmina Amalia Josephi
Imp. Conjugx excepit; cui demum
successit Elisabetha Christina, Au-
gusti Caroli VI. Vidua, hodie p̄æst
Maria Theresia Imp. Aug. Cœpit. . 1668

Ordo Equitum S. Georgii, &
defensorum Immaculatæ Conceptio-
nis B. V. M. in Bavaria, à Carolo
Alberto Duce Bavariæ, subinde
Imperatore, initium accepit, crea-
tis 24. Equitibus. Magnus Magist.
ordinis Dux ipse, à Benedicto XIII:
per bullam ordinem confirmante,
renunciatus est anno 1729

Ordo Equestris S. Ruperti in Ba-
varia Salisburgensium Archi-Episco-
po, & Primati Germaniae, Joahni
Ernesto è Comitibus Thun oriundo
sua debet primordia in magno Bava-
riam splendore ornat. Cœpit .. 1701

Ordo Equester S. Huberti ad
Rhenum, initia sua repetit à Gerar-
do

do Juliacensi Ducē, in memoriam
(ope S. Huberti) devicti Arnoldi
Geldriæ Ducis institutus Refertur
ad an. I445

Ordo Aquilæ Nigræ apud Elec-
torem Brandenburgicum, simul ac
regiam sibi conspersionem. Fridericus
Elector asserit qd simul hunc pro
ordini initium dedit definito 30.
Equitum numero. I701

Ordo Equitum Germanæ fidei in
Saxonia collectus sub signum est à
Friderico IX. Saxo Gothano Prin-
cipe. anno I690

Ordo Equitum Amicitia non fu-
catæ conditorem natus est Joani-
nem Georgium IV. Saxoniæ Da-
cem, anno I692

Ordo Equitum ab Animo gene-
roso, vulgo; de la noble passion in
Saxonia, parentem habet Joani-
nem Georgium Ducem Saxo Weis-
senfelsensem, anno I704

Ordo Equestris de la Fidelité, à
fidei integritate sic appellatus, à

Christiana Eberhardina Saxoniae Ducissa, Conjuge Friderici Augusti II Polonis Regis Poloniae coactus, virosq; fecundisq; minasque illustres complectitur. Cœpit circiter an. 1694

Ordo Equestris Sancti Josephi in urbe imperiali Burg Friedberg ab anno Aug. Imp. Josepho II. institutus, cujus Magister ordinis ipse Imperator Röm. & Imperatorum successores. Cœpit die 20. Julii Anno. d. 1769

In Austria.

Ordo Militaris Theresianus florens optissimis occasione Victoriae ad Chorazemitz relata ab Aug: Imperatrici Maria Theresia pro bene meritis de re Militari institutus Magno Magistro Ordinis ipso Aug: Imperatricie gloriatur. Ordinis hujus tantus est, ut dignitas ut ejus insignis in responsione, signatio aurei Vellere gestandi rufiguras concessa sit. Cœpit die 18. Junii Anno. d. 1757

Equi-
Equi-

Equites in Germania superiore, & inferiore aboliti. An. 2728
Valgaris.

Ordo Equitum Tusinorum, incertum unde nomen, igiturque sumserit, olim Austriam & Bohemiam ornavit; duravit ad annum 1562.

Ordo Equitum Aquilæ candidæ, sive *disciplina* per Austriam dispersus late floruit, initia tamen ordinis, conditorem, & leges hodie ignoramus.

Ordo Equitum S. Georgii à Rudolpho Habsburgico Imp. creatus, Austriam & Carinthiam olim ornavit, nunc vero interiit. Cœpit. . . . 1273

Ordo Equitum Conceptionis, seu Ducis Nivernensis ab Illustrissimis triumviris Ferdinando Duce Mantuano, Carolo Nivernensi Duce, & Adolpho Comite Althamio sub Urbano VIII. P. M. contra Turcos formari cœpus, prius fere desit, quam esse cœpit. Refertur ad an. 1624

Orde Equitum Temperantiae nobilitatem utriusque sexus per Styriam, Carnioliam, & Carin-

G 5 tbiam

thiam complexus, authorem habuit Baronem quendam è Dietrichsteiniensis virum solerter & severum; sed curato malo, quod corrigendum Equites suscepérant, una defloruit. Cœpit. 1517

Ordo Equitum *Amoris Proximi* Augustam Caroli III. Hispaniæ Regis Conjugem Imperatricem Viudam Elisabetham Matrem meritus est, sed paulo post in alium translatus ordinem. Cœpit 1708

Ordo Equitum S. Antonii in Hannonia (Provincia è Belgicis una) ab Alberto Bavarо Ludov. Imp. Nepote approbante Urbano VI. P. M. institutus jam desit: cœpit. 1382

Ordo Equitum *Cygni* in Brabantia authorem nactus est Salucium Brabonem. Initia cum fine in obscuro sunt.

Ordo Equitum *Coronæ* in Frisia initium accepit à Carolo Magno Galliarum Rege & Imp. sed auth. ex extincio, esse etiam desit. Cœpit. . . 802

Ordo

Ordo Equitum Ursi in Helvetia
 Parentem nactus est Fridericum Si-
 ciliæ Regem ac dein Imperatorem.
 Gloriabatur hoc ornamento alii
 Helvetia donec in Rempubl. trans-
 migrasset. Cœpit circiter an. . . . 1215

In Ungaria.

Ordo Equitum *Calcaris aurei*,
sive aurati, originem suam in Ita-
 lia quidem Nicolao V. P. M. de-
 bet, cum à vaticana Aula ad Late-
 ranensem Basilicam Friderico III.
 aliis IV. Imperatori præiret Ponti-
 fex, in Ponte molis Adriani 265.
 Equites cum eodem Cæsare renun-
 ciavit, circa annum 1448. per
 varia Regna dispersus, in Unga-
 riā quoque illatus, ubi hodie ma-
 gno splendore in æde D. Martini
 Posonii à Rege diademate incincto
 triplici iectu gladii S. Stephani Re-
 gis creantur Equites.

Ordo Equitum *Draconis devicti*
 Sigismundo Imperatori & Regi
 Ungariæ contra hæreses Hussitarum

depugnanti ortum debet; sed hodie cum alio sibi sociato Ordine *Crucis viridis* defloruit. Cœpit.. 1400

Ordo Equitum S. Joannis, sive Rhodiorum ab ultimis Palestinæ fidibus in Ungariam delatus longo floruit tempore. Princeps militum nobilissimorum collegium Auræ fuit, ubi Prior Ordin. perpetuum habuit domicilium; hodie emarcuit.

Ordo Sancti Stephani Regis Ungaricæ ab Aug. Imperatrice Maria Theresia Ungaricæ Regina novo Splendori restitutus pro insigni habet Stellam octagonam viridem opere caustico, ejus medium occupat Scutum rubrum, in quo visatur crux Ungarica Apostolica corona aureæ colli viridi superpositæ iminens, utrumque crucis latus stipant primæ gloriofissimi nominis Mariæ Theresiæ litteræ M. T. huic Scuto circum scriptæ leguntur voces: *Publicum Meritorum Præmium* in parte altera habetur in Campo

albe

albo corona civica, in cuius medio
leguntur verba: *Sancto Stephano Re-*
gi I. Apostolico. Magnus Ordinis
Magister, est ipsa Regina Ungariæ
Maria Theresia. Cœp die 5. Maij A. 1764

In Polonia.

Ordo Equester *Aquila candida*
(ut aliquibus placet) ad Uladis-
laum Loeticum sua initia 1325. aliis
ad Uladislaum IV. Poloniæ Regem
An. 1673. referri videtur, id cer-
tum, ab Augusto II. Poloniæ Rege
nova veteris Ordinis insignia acce-
pisse. Anno. 1705

Ordo Equester D. Henrici Se-
renis. Regi Augusto III. adscriben-
dus est, ipseque Rex Magni Magi-
stri munus sustinet An. 1736

Ordo *Sancti Stanislai à Rege Po-*
loniæ Stanislae Poniatowski, cuius
Insignia fascia alba cum iconè S.
Stanislai, in parte aversa, Nomen
Regis litteris inter se implexis.
Stella in pectore præfert verba: Præ-
mundo incitas. Magnus Ordinis

Magister, Rex ipse. Cœpit die 8.
Maij Anno 1765

In Dania.

Ordo Equester *Elephantis*, Con-
ditorem à multis Canutum IV. An.
1079. ab aliis Christianum I. An.
1458. habuisse perhibetur; instau-
ravit ordinem hunc Christianus V.
Religioni Lutheranæ devotos esse
voluit Equites. Post An. 1670

Ordo Equitum Danicorum seu
Danebrogicus Parentem celebrat
Waldemarum II. viso inter pugnan-
dum cum Livoniis vexillo candido,
cruceque præfulgente insignito, in-
stitutus. 1219

Ordo Equester *de la Fidelité* au-
thorem habuit Magdalenam Sophi-
am Christiano IV. despontam; vi-
ros Principes, ac fœminas comple-
titur. Coaluit anno 1732

In Suecia.

Ordo Equester *Seraphinorum*
Magni III. Regis opus magnum di-
ci poterat, nisi à Carolo IX. cum
fide

fide Catholica extintus fuisset. Cœpit Anno 1334

Ordo Equitum *Briccianorum*,
sive S. Brigittæ in patrocinium Fau-
perum, Viduarum, & Peregrino-
rum coactus, subinde cum fide Ca-
tholica exactus. Cœpit 1394

Ordo Equitum *Amarantibæ Chri-
stinae Reginæ Sueciæ Catholiceæ de-
cūs suum omne debet. An. circiter 1653*

Ordo Equestris litteratorum *de
Vasa* pro incremento Scientiarum,
Agriculturæ, metallurgiæ, econo-
miæ à Rege Gustavo III. institutus,
Equites numerat 50. Commenda-
tores 8. *Crucis Magnæ* 6, quos inter
ipse Rex Magnus Ordinis Magister.
Cœpit die 7. Julii Anno 1772

In Russia.

Ordo Equitum Catharinæ, Im-
periaticem Catharinam Petri I. Vi-
duam Geniticem habuit, illustres
duntaxat fœminas censet; sub ex-
ordio septem Sodalibus fœminis de-
finiebatur, dein ab Anna Ivanovna
auctus,

auctus. Hodie cum supra potestate præst Catharina II. Alexowna.

Ortum habuit Anno 1714

Ordo Equitum D. Andreæ à Petro I. Imperatore suscitatus in præmium ornandis militari gloria viris.

Anno 1698

Ordo Equester S. Alexandri vulgo le Cordon rouge de S. Alexandre. Fundamenta et hic accepit à Catharina I. Imperatricē, quæ primum EQUITEM Principem Menscoffensem nominavit. Anno 1725

Insulani.

Ordo Equitum Melitensium, sive S. Joannis Hierosolymitani, & Rhodius hodie toto orbo celeberrimus, florentissimusque jam anno 1012. in Palestina rudia sumvit initia Clarius floruit an. 1187 cum Hierosolymas Saladimus Sultanus occupasset è Palestina in Ptolomaidem, inde 1291 in Cyprum, è Cypro migravit in Rhodium 1380. ac devastata à Solymano Rhodo

1523.

in Italianam sive receptilis Tan-
dem 1530 à Carolo V; Imp. missio-
gnata duci Ordini Insulari Maltese
sive Melita, perpetuum in Tocco-
bellum bellare iussus est; VIII. etiam
idiopata, sive nationes hodie omnes illis
pletitari. III. Provinciæ. III. Auersæ et
nia. III. Praticiæ in Gallia. IV. etiam
Italiæ, V. Aragoniæ, Cataloniae,
Navarræ in Hispania. VI. Angliae.
VII. Germaniæ, sub quo titulo Bo-
hemia, Hungaria, Polonia, Dania;
Succia, Croatia, & Dalmatia comi-
tinenter. VIII. Castellæ, Legionis,
Lusitanæ, Algarbiæ, Toletæ, Gal-
liciæ, & Andalusiæ. Obligantim
Equites voto perpetuæ castitatis,
Regulamque D. Augustini profiten-
tur. Primum Ordinis M. Magistrum
censuit B. Gerardum de Ehorn. Annos. nov
1099. Reliquos Ordine sibi successo-
dentes vide sub Titulo: **M. Magistri Ordo
stri Melitensis**, in Insula Melite, et
in Territorio Siciliæ, et Apulia, et Calabria
et in Sicilia, et in Territorio S. Regni
Ottio

In

In Cypro Insula.

Ordo Equitum *Silentiū*, dictus *Lusignianus* Cypro late dominabatur propulsandis Saracenis coactus, verum occupata à Turcis Cypro intercidit. Florent Anno 1195.

Pari fato extintus Ordo Insulae Lemni fundatus à Pio H. R. M. cuius locus hodie ne nomine quidem sepelitur, sed inde hendere licet.

Eques minorum Gentium.

Ordo Equitum *Concordie Ernesto Christiano* Principā Bayreuthensi suam in acceptis fert originem, non ubi vera gentium corporis adhuc sub judice lis est. Cœpit anno 1660.

Ordo Equitum ab *Aureo Cerua Silesiae* authore Georgio e Piastorum familia Duce cum prope Brigantem locorum venatui vacaret, illuxit An. 1672.

Ordo Equestris de *Iaco Saceritē* conscriptus est à Christiano Ernesto Marchione Bayreuthensi, Equites confessionem Augustanam profitentur. Circa annum 1664

. . .

Ordo

Ordo Equit. *de la Generosité*, à
Friderico I. vivente adhuc Parze-
Electore descendit. Circa annum. 1698

Ordo Venatorius Wirtembergi-
cus initia sumptu à Domo Witem-
bergica. Anno. 1709

Ordo Equit. *Calvariae* condito.
rem eundem habuit Carolus Fridericus Witembergæ Ducem, vi-
ros, foeminasque illustres comple-
ctens meditationi mortis intentor;
subinde tædio assidue hujus medita-
tionis affecti equites, rarescere ce-
perunt, sed oportone à Principe
Sophia Elisabetha Silesiæ Duces mo-
vum increment, accepit 1709. solis
feminis adscitis. Cœpisse videtur. 1704

Ordo Equitum *de la Fidelité*, Ca-
rolo Marchioni Badensi originem
dēbet; in unum corpus coaluit. An. 1716

Ordo Equitum S. Annæ à Carolo
Friderico Holsatiz Princeps Gottor-
pensi leges & insignia accepit. Anno 1736

Ordo sacer Equitum à Rubea
Stella, & à rubro corde, dictus etiam
Beth.

Berblehenius natale solum Palesti-
nam habuit, magnis auctoribus in Bo-
hemiam illatus ~~est~~ à mille per Po-
loniam, Ungariam, Austriam, Sile-
siam sparsus à Summis Pontificibus
firmatus, florentissimis accenseri po-
test Sodalitiis; quia anno captus sic;
incertum estus ~~est~~ tunc dubium.

Ordo Crocigerorum item abeo-
corde sive Ciriaco ritum à Cleto
Pontifice, an à Cyriaco Episcopo
Hierosolymitano initium acceperit,
incertum, sed die Leqdii, Tornaci,
Aquisgrani, Coloniae, valibique flo-
rentissimas.

Alii quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum, dicitur quod de
tempore et origine rite Crocigerorum
sunt tres.

Primum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum.

Secundum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum, quod dicitur de tempore et origine
ritus Crocigerorum.

PA-

PATRES ET SCRIPTORES
GRÆCI,
TAM SACRI, QUAM PROFANI PRÆCIPUI.

Sæculo I. floruerunt: 2

Philoxenus. Scriptor. Hist. Eccles. &
Judæorum.
Hermes.

Clemens Pontifex.

Sæculo II. 3

S. Ignatius.

S. Polycarpus.

S. Dionysius Arcopagita.

S. Justinus.

S. Melito.

Athenagoras.

S. Theophilus Alexandrinus.

Tatianus.

Eusebius Scriptor. Hist. Eccles. ejus
non nisi fragmenta exstant.

S. Irenæus.

Sæculo III. 4

Clemens Alexandrinus.

Julius Africanus, Hist. Eccles. ejus
opus non compareret hodie.

S.

S. Hippolytus.

Origines.

Ammonis.

S. Gregorius Nocesar. Thadmat.

S. Dionysius Alexandr.

S. Methodius Tyrensis.

S. Dorotheus Tyrensis.

Sæculo IV.

S. Antonius Magnus.

S. Pachomius.

S. Oresiepis, sive Orosius, Hist. Ecclesie.

S. Macarius Senior.

S. Athanasius.

Titus Bostrenſ.

Dydimus Alexandr.

S. Cyrillus Hierosolym.

Apollinarius.

S. Ephrem.

S. Basilius.

S. Gregorius Nazianz.

S. Andreas Cæsarienſ.

S. Epiphanias.

Philo Carpathius.

S. Gregorius Nyssenus.

Am-

Amphilochius.

S. Joannes Chrysostomus.

Sæculo V.

Synesius.

S. Cyrillus Alexandr.

Theodoreetus, Hist. Eccles.

Proclus.

Socrates, Constantinopol. Hist. Eccles.

Sozomenus Histor. Eccles.

S. Nilus.

S. Simeoni Stylites.

Theodorus Presbyter.

Æneas Gazæus.

Isidorus Pelusiota.

Gelasius Cyzicenus.

Theodulus Presbyter.

Sæculo VI.

Joannes Maxentius.

Leontius Bizantinus.

Anastasius Sinaita.

Procopius Gazæus.

Joannes Climachus.

Evagrius Scholasticus, Hist. Eccles.

Sæ-

Sæculo VII.

Hesychius Hierosolymitana.

S. Sophronius.

Joannes Moschus, seu Evagetus.

Leontius.

Antiochus Monachus.

S. Maximus Martyr.

Anastasius Nicænus.

Sæculo VIII.

S. Germanus Constantinopol.

S. Joannes Damascenus.

Antonius Melissa.

Sæculo XI.

S. Nicephorus Constantinop. Hist. Eccles.

Simeon Metaphrast. Hist. Eccles.

Photius Const.

Sæculo X.

Leo Sapiens.

Marcus Erem.

Moses Bar-cephas.

Sæculo XII.

Georgius Cedrenas.

Joannes Curopalates.

Theophylactus.

Oecumenius.

Olympiodorus.

Sæ-

Sæculo XII.

Euthymius Zigabenus.

Joannes Zonaras.

Sæculo XIII.

Nicetas Choniates.

Sæculo XIV.

Balahamus Hieracensis.

Nicephor. Callistus Hist. Eccl.

Nicephorus Gregoras Hist. Eccl.

Joannes Cabastlas.

Sæculo XV.

Laonycus Chalcondylas.

Georgius Scholarius.

Josephus Methoneensis.

Georgius Protosyncellus.

PATRES, ET SCRIPTORES
LATINITAM SACRI, QUAM PROFANI
CELEBRIORES.

Sæculo III.

Tertullianus.

Minucius Felix.

S. Cornelius Papa,

S. Cyprianus.

H

Pon-

Pontius Diaconus.

S. Zeno Veronensis.

S. Victorinus.

Arnobius.

Lactantius Firmianus.

Sæculo IV.

Juvencus Prosbyter.

Jalius, Mate[n]us.

Lucifer Calaritanus.

C. Marius Victorinus.

S. Hilarius.

S. Gregorius Bæticus.

Sebadius.

Eusebius Cæsariensis, Ep. Arian. Hist.

Eccles.

Pacianus.

S. Damasius.

Faustinus Diaconus.

S. Ambrosius.

S. Philastrius.

Idacius clarus.

S. Hieronymus.

Ruffinus Hist. Ecclesiast.

Palladius Galata. Hist. Eccel.

S. Gaudentius Brixianus.

Au.

Aurelius Prudentius.

S. Chromatius.

Severianus.

Sæculo V.

S. Augustinus.

S. Maximus Taurinensis.

Ausonius Poët.

S. Paolinus Nolanus.

Sulpitius Severus Hist. Eccl.

Paulus Orosius.

C. Sedulius.

Eusebius Emesenus.

S. Eucherius.

Claudianus Mamertus.

Sidonius Apollinaris.

Joannes Cassianus.

Vincentius Lirinensis.

S. Petrus Chrysologus.

S. Leo Magnus.

S. Hilarius Arelatensis.

S. Prosper.

Arnobius Junior.

Salvianus.

Salonius.

Faustus Regiensis.

Gerealis.

Victor Uticensis Hist. Eccl.

Gennadius Massiliensis.

Julianus Pomerius.

S. Gelasius Papa.

Gildas Sapiens.

Vigilius Papa.

Paschas. Diac. Cardin.

S. Cæsarius Arelatens.

Sæculo VI.

S. Fulgentius.

Ennodius Ticinensis.

Petrus Diacon.

Ferrandus.

Eugippius Ab.

Marcellinus Comes.

Alcimus Avitus.

Boëtius Severinus.

Dionysius Exiguus.

Victor Africanus.

Aurelius Cassiodor. Hist. Eccl.

S. Victor Capuanus.

S. Justus Urgelitanus.

Arator.

Junilius.

Mar-

Martinus Dumiensis.

S. Dacius Mediolan.

Liberatus Diacon. Hist. Eccles.

Venantius Fortunatus.

Gregorius Turonens. Hist. Eccles.

S. Gregorius Magn. Papa.

Sæculo VII.

Jonas Anglus.

S. Isidorus Hispalensis.

S. Eligius Noviomensis.

S. Ildephonsus Toletanus.

S. Julianus Ep. Toletan.

Sæculo VIII.

S. Anthelmus.

Beda Venerab. Hist. Eccles.

S. Bonifacius Moguntinus.

Hadrianus Papa.

Paulus Diac. Hist. Eccles.

Paulus Aquilejensis.

Eginhardus.

Albinus, seu Alevinus.

Sæculo IX.

Usuardus Hist. Eccles.

Aponius.

Paschasius Ratbertus.

Claudius Scotus.
Jonas Aurelianens. Episcop.
Amalarius Fortunatus.
Nithardus.
Freculphus Lexoviensis.
Hilduinus Abbas Hist. Eccl.
Theodulphus Aurel.
Rebanus Maurus.
Strabus Fuldenfis..
S. Elogius Teletan.
Haymo.
Angelomus.
Valafridus Strabo.
Nicolaus I. Papa.
Anastasius Bibliothecarius.
Hincmarus.
Joannes Diacon.
Aimoinus.
Ado Viennens. Hist. Ecclef.
Remigius Antifiodor.
Ambrosius Ansbertus.
Sæculo X.
Idiota.
Rhegino Ab.
Radulphus.

Luit-

Luitprandus.
Witichindus.
Stephanus Æduensis.
Frodoardus.

Sæculo XI.

Fulbertus Carnotensis.
S. Burchardus Wormat.
Berno Abbas.
Gleber Rudolphus.
Hermannus Contractus.
S. Leo IX. Papa.
Humbertus Cardinalis.
Petrus Damiani.
Lanfrancus Cantuar. Arch.
Adelmanus Brixienfis.
Guitmundus Aversanus.
S. Anselmus Lucensis.
S. Anselmus Cantuar. Arch.
Anselmus Landunensis.
Bertholdus.
Micrologus.
Marianus Scotus.
S. Bruno Carthus. Pater.
Yvo Carnotensis.

Sæculo XII.

Leo Ostiensis.**Sigebertus.****Gaufridus Vindoeinenensis.****Rupertus Abbas Tuitiensis.****Algerus.****S. Bernardus.****Petrus Venerabilis.****Hugo à S. Victore.****Ricardus à S. Victore.****Gratianus.****Petrus Lombardus.****Theorianus.****Hugo Etherianus.****Arnoldus Carnotensis.****Joannes Sarisberiensis.****Petrus Blesensis.****Guilielmus Tyrius.****Otto Frisingensis.****Petrus Comestor Hist. Eccles.**

Sæculo XIII.

Innocentius III.**Helinandus Monachus.****S. Antonius Patavinus.****S. Raymundus de Pennaforti.**

- Jacobus à Vitriaco Histor. Eccles.
 Alexander Alensis.
 Hugo de S. Caro.
 Matthæus Parisiensis Histor. Eccles.
 Martinus Polonus.
 Vincentius Bellovacensis Histor. Eccl.
 Henricus Card. Ostiensis.
 Albertus Magnus.
 Thomas Cantipratensis.
 S. Bonaventura.
 S. Thomas Aquinas.
 Petrus Tarentasius.
 Guilielmus Durantes.
 Ægidius Rom.
 Raymundus Lullus.
 Henricus Gandavensis.
